

MNIS HOMINES Qui sese student
præstare cæteris animalibus: sūma ope niti
debet: ne uitā silentio transeant. ueluti peco-
ra: quæ natura prona atque uētri obediētia
finxit. Sed nra omnis uis: in aīo et corpore
sita ē. Animi iperio corporis seruitio magis
utimur. Alterū nobis cū diis: alterū cū bel-
luis cōc est. Quo mihi rectius eē uidetur i-

*Nō enim intendentes solum
distingue*

genii quā uirū opibus gloriam quærere. Et quoniā uita ipsa qua frui-
mur breuis est. memoriā nostri quam maxime longam efficere. Nam
diuitiarū et formæ gloria fluxa atque fragilis ē. Virtus clara æterna
que hētur. Sed diu magnū inter mortales certamen fuit: ui ne corpo-
ris an uirtute animi res militaris magis procederet. (Nam et priusquā
incipias consulto: et ubi consulueris mature factū opus ē. Ita utrūque

*vide d. r. m. inter Nummon et d.
nas.*

per se indigens alterum alterius auxilio eget. Igitur initio reges nā in
terris nomen imperii id fuit primum: diuersi pars ingeniū alii corpus
exercebant. Etiam tūc uita hominum sine cupiditate agitabatur. Sua
cuique satis placebant. Postea uero quam in Asia Cyrus: in græcia La-
cedamōii: et Athenienses cœpere urbes atque natiōes subigere libidi-
ne dominandi cām belli habere. Maximam gloriam in maximo ip-
erio putare. Tum demū periculo atque negotiis compertum ē in bello
plurimum ingenium posse. Quod si regum atque imperatorem ani-
mi uirtus in pace ita ut in bello ualeret: æquabilius atque cōstantius se
se res humanæ haberēt. Neque aliud alio ferri: neque mutari: ac misce-
ri omnia cerneret. Nam imperium facile his artibus retinetur: quibus
initio partum est. Verū ubi pro labore desidia: pro continētia et æqui-
tate libido atque superbia inuasere: fortuna simul immutatur cum mo-
ribus. Ita imperium semper ad optimum quēque a minus bono trans-
fertur. Quæ homines arant: nauigant: ædificant: uirtuti omnia parēt.

al libidines

Sed multi mortales dediti uentri atque sōno indocti: incultique: uitā
sicuti peregrinantes transiere. Quibus profecto contra naturā corpus
uoluptati anima honeri fuit. Eorum ego uitam mortēque iuxtā existi-
mo quoniam de utraque siletur. Verū enim uero is demū mihi uiue-
re atque frui anima uidetur: qui aliquo negotio intentus: præclari faci-
noris: aut artis bonæ famam quærir. Sed in magna copia rerum aliud
aliū natura iter ostendit. Pulchrū est benefacere reipublicæ. Etiam be-

fortuna immutatur moribus



nedicere haud absurdum ē: uel bello uel pace clarum fieri licet: et qui fecere: et qui facta aliorum scripsere: multi laudantur. At mihi quidē tamen haud quāquam pat gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum: tamen in primis arduum uidetur mihi res gestas scribere. Primum quod facta dictis exequanda sūt. Dehinc quia plerique delicta quae reprehenderis: maliuolentia et iuidia dicta putāt. Vbi de magna uirtute atque gloria bonorū memores: quae sibi quisque facilia factu putat aequo animo accipit. Supra ea ueluti ficta pro falsis ducit. Sed ego adolescentulus initio sicuti plerique mortalium a studio litterali ad rempublicam delatus sum: ibique mihi multa aduersa fuere. Nam pro pudore pro abstinentia pro uirtute et aequitate: audacia: largitio: auaritia uigebant. Quae tamen auius meus aspernabatur: insolens malorum artium: tamen inter tanta uicia imbecilla atas ambitione corrupta tenebatur. Ac me cum a reliquis malis moribus distentirem: nihilominus honoris cupido eadem quae ceteros fama: atque inuidia uexabat. Igitur ubi animus ex multis miseriis: atque periculis requieuit: et mihi reliquam atatem a republica procul habendam decreui: nō fuit consilium secordia atque desidia bonum ocium contere. Neque uero agrum colendo aut uenādo seruilibus officiis intentū atatem agere. Sed a quo incepto studio me ambitio mala detinuerat eodē regressus: statui res gestas populi Romani carptim ut quaeque memoria digna uidebantur perscribere: eo magis mihi quod a spe metu partibus R.P. animus liber erat. De Catilinā igitur cōiuratione quā uerissime potero paucis absoluam: Nā id facinus i primis ego memorabile existimo: sceleris atque periculi nouitate. De cuius hōinis moribus pauca prius explananda sunt: quam initium narrandi faciam.

Vicius Catilina nobili genere natus fuit: magna ui animi et corporis. Sed ingenio malo prauoque: huic ab adolescentia bella istina caedes: rapina: discordia ciuili gratia fuere. Ibi iuuentutem suam exercuit. Corpus patiens iedia: algoris: uigilia: supra quam cuiquam credibile est. Auius audax: subdolos: uarius: cuiuslibet rei simulator ac dissulador: alieni appetēs sui profusus: ardens i cupiditatibus: satis eloquentia: sapientia parū. Vastus auius imoderata incredibilia nimis semper alta cupiebat. Hunc post dominationem Lucii Syllae libido maxima inuaserat. R.P. capiunda: neque id consilium quibus modis assequeretur: dum pararet sibi regnum quicquam pensū habebat:

Agitabatur magis magisque in dies animus ferox: iopia rei familiaris et consciētia scelerū. Quae utraque his artibus auxerat quas supra memorauimus. Incitabant praeterea corrupti mores ciuitatis quos pessima: ac diuersa inter se mala: luxuria atque auaricia uexabāt. Res ipsa hortari me uidetur: quoniam de moribus ciuitatis tempus admonuit supra repetere ac paucis instituta maiorum: domi militiaeque quomodo se r.p. habuerint: quantāque reliquerint: ut paulatim immutata: ex pulcherrima atque optima pessima: atque flagiciosissima facta sit discretē. Vitē romam sicuti ego condidere accepi atque habere initio Troiā: q Aeneas duce profugi sedibus incertis uagabātur. Cumque his ab Origenes genus hominum agreste: sine legibus: sine imperio: liberū atque solutum. Hi postquam in una moenia conuenere dispari genere: dissimili lingua: alio alio more uiuentes incredibile memoratu ē quam facile coaluerint. Sed postquam res eorum ciuilibus moribus agris auerita: satis prospera satisque pollens uidebatur sicuti pleraque mortalium habetur inuidia ex opulentia orta ē. Igitur reges populique finitimi bello tētere pauci ex amicis auxilio eē. Nam ceteri metu percussū in periculis aberant. At romani domi: militiaeque intenti festinare: parare: alius alium hortari: hostibus obuiam ire libertatem patriam: parētesque armis tergere. Post ubi pericula uirtute propulerant: sociis atque amicis auxilia portabant: magisque dandis quā accipiendis beneficiis amicitias parabant. Imperium legitimum nomen imperii: regium habebant. Delecti quibus corpus annis infirmum: ingenium ualidum sapientia erat. r.p. consultabant: hi uel atate uel cura similitudine patres appellabantur. Post ubi imperium regiū quō initio conseruanda: libertatis atque augendae. r.p. fuerat causa: i superbiam dominationēque se conuertit immutato more annua imperia binosque imperatores sibi fecere. Eoque modo minime posse putabant per licentiam insolescere aium humanum. Sed ea tempestate coepere se quisque magis extollere: magisque ingenium in promptum habere. Nam regibus boni quā mali suspēctiores sūt: sepeque his aliena uirtus formidolosa ē. Sed ciuitas in credibile memoratu est. A depta libertate quantū breui tēpore creuit: tanta cupido gloriae inceserat. Nam primū inuentus simul laboris ac belli patiens erat. In castris per laborē usu militiā disciebat. Magisque in decoris armis et militaribus equis quam in scortis atque in conui-

a iii



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

promiscua nihil pensi neque quicquam moderati habere.

Pereprecium ē: cum domos atque uillas cognoueris in urbium modum aedificatas: uiscere templa deorum: quæ nostri maiores religiosissimi mortales fecere. Verum illi delubra deorum pietate domos suas gloria decorabant. Neque uictis eripiebant quicquam præter iniuriæ licentiam. At hi contra ignauissimi homines per sumum scelus omnia ea sociis adimere: quæ fortissimi uiri uictores hostibus reliquerant: proinde quasi iniuriam facere: id demum esset imperio uti. Nam quid ea memorem: quæ nisi his qui uidere nemini credibilia sunt? a priuatis compluribus subuersos montes maria costrata esse: quibus mihi uidentur fuisse ludibrio diuitiæ: quippe quas honeste habere licebat: abuti per turpitudinem properabant. Sed libido stupri: ganeæ: cæterique cultus non minor inceserat: uiros pati muliebria: mulieres pudicitiam in propatulo habere. Vescendi causa: terra: marique omnia exquirere. dormire prius quam somni cupido esset: non famem: non sitim: neque frigus: neque lassitudinem operiri. Sed ea omnia luxu antecapere. Hæc omnia iuuentutem ubi familiares opes defecerant: ad facinora incendebant. Animus imbutus malis artibus haud facile libidinibus carebat. Eo profusius omnibus modis quaestui atque sumptui deditus erat. In tanta ciuitate et tam corrupta Catilina existimans id quod erat facillimum factum omnium flagitiosorum et facinorosorum circum se tamquam stipatorum cateruas habebat. Nam quicumque impudicus: adulter: ganeo: alca: manu: uentre: pene bona patria lacerauerat: quicumque alienum aere grande conflauerat: quo flagitium aut facinus redimeret. Præterea omnes undique parricidæ: sacrilegi: conuicti iudiciis: aut pro factis iudicium timentes. ad hoc quos manus atque lingua periurio aut sanguine ciuili alebat. Postremo omnes quos flagitium: egestas: confectus auius exagitabat: hi Catilinæ proximi et familiares erant. Quod si quis etiam uacuis a culpa in amicitiam eius inciderat: quotidiano usu atque illecebris facile par similibusque cæteris afficiebatur. Sed maxime appetebat adolescentium familiaritates: eorum animi molles aetate fluxi dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiusque studium ex aetate flagrabat aliis scorta præbere: aliis canes atque equos mercari: postremo neque sumptui: neque modestiæ suæ parcere dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. Scio fuisse nonnullos qui ita existaret iuuentu-

tem: quæ domum Catilinæ frequentabat. parum honeste pudicitiam habuisse: sed ex aliis rebus magis quam quod cuiquam id foret cõperrum hæc fama ualebat. Iam primum Catilina adolescens multa nefanda stupra fecerat cum uirgine nobili: cum sacerdote deæ Vestæ alia huiusmodi contra ius fasque. Postremum captus amoræ aureliæ orestilæ cuius præter formam nihil unquam laudauit bonus: quod ea nubere illi dubitabat: timens primum adultum aetate pro certo creditur necato filio uacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Quæ quidem res mihi in primis uidetur fuisse causa facinoris maturandi. Namque animus impurus diis: hominibusque infestus neque uigiliis: neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitatam uastabat. Igitur color eius ex æguis: fœdi oculi: citus modo: modo tardus incessus prorsus in facie uultuque uecordia inerat. Sed iuuentutem quam ut supra diximus illexerat: multis modis mala facinora edocebat. Ex illis testes: signatoresque falsos commodare: fidem: fortunas: pericula uilia habere. Post ubi famam eorum atque pudorem attriuerat: maiora alia iperabat. Si causa peccandi in præsens minus suppetebat: nihilominus infotes sicuti fontes circouenire: iugulare scilicet per ocium torpesceret ne manus aut animus gratuito potius malus atque crudelis erat.

Is amicis sociisque confusus Catilina: simulque aere alienum per omnes terras peroluendum ingens erat: et quod plerique syllam milites largius suo usi: rapinarum et uictoriæ ueteris memores ciuile bellum exoptabant opprimenda: reipublicæ consilium cepit. In Italia nullus exercitus erat. G. Pompeius in extremis terris bellum gerebat. Ipsi consulatum petendi magna spes. Senatus nihil sane intectus tute tranquilleque res omnes. Sed ea omnia prorsus opportuna Catilinæ erant. Igitur circiter cal. Iunias. L. Cæsare et. C. Figulo consulis primo singulos appellari: hortari alios: alios tentare opes suas: imparatam rem. magna præmia coniurationis docere. Vbi satis explorata sunt quæ uoluit in unum omnes conuocari: quibus maxima necessitudo et plurimum audaciæ inerat: eo conuenit senatorii ordinis. P. Lætulus sura. P. artoius. L. cassius longinus. G. cethegus. P. seruius syllæ seruii filius. L. uargunteius. Qu. anius. M. porcius lecca. L. bestia. Qu. curius. Præterea ex cõstri ordie. M. fului. nobilior. L. statilius. P. G. capito. C. cor. ad hoc multi ex colonis et municipiis qui domi et militia nobiles erant

intra hunc aduersus
lupatibus flagrantibus
diponit: nuptio ascribitur
comp. vna: al. mayoz. m. d. c.
stipulator
de eundem penaz facinor
flagitior

it iugulare

signatores testes: signatores
hæc ut aduersus: hanc figurant
hæc figurant tabulas testamenti

et aere alienum per omnes
terras peroluendum

explorata

colonia pue
vbi dicitur qd tunc iudicium



Præterea complures paulo occultius consilii huiuscemodi participes
nobiles: quos magis spes dominationis hortabatur: quam inopia: aut alia
necessitudo. Cæterum iuuentus pleraque: sed maxime nobilium Ca-
tilinæ inceptis fauebat. Quibus in ocio uel magnifice uel molliter ui-
uere copia erat: incerta pro certis: bellum quam pacem malebāt: fuere
ea tempestate item qui crederent. M. Licinium crassum nō ignarum
eius consilii fuisse: quia G. P. inuisus ipsi magnum exercitum ducta-
bat: cuius uis opes uoluisse contra illius potentiam crescere: simul con-
fissum si coniuratio ualisset: facile apud illos principem se fore. Sed
antea item pauci coniurauere contra. r. p. in quibus Catilina fuit: d quo
quam uerissime potero dicam. L. Tullio et M. Lepido consulibus. P.
Antonius. P. Sylla designati cōsules: legibus ambitus interrogati pœ-
nas dederant. Post paulo Catilina pecuniarum repetundarum reus:
prohibitus erat consulatum petere: quod intra legitimos dies profite-
ri nequiebat. Erat Gn. Piso eodē tēpore adolescens nobilis: sūmæ au-
daciæ: egenus: factiosus. Quem ad perturbādā .r. p. inopia atque ma-
li mores stimulabant. Cū hoc Catilina et Antonius circiter nonas de-
cembriū consilio communicato: parabant in capitolio: cal. Ia. L. Coctā
et L. Torquatum consules interficere. Ipsi correptis fascibus pisonem
cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere. Ea re cognita
rursus in nonas februarias consilium eadē transulerunt. Iam tūc nō
consulibus modo: sed plerisque senatoribus perniciem machinabātur:
quod nisi Catilina maturasset pro curia signum dāi locis. Eo die post
cōditam urbem Romam tam pessimum facinus patratum a foret qua
nondum frequentes armati conuenerant. Ea res consilium diremit po-
stea Piso in citeriorem Hispaniam quaestor pro prætoī missus est adni-
tente Marco Crasso: quod eum infestum inimicumque. Cn. Pompe-
io cognouerat. Neque tam senatus prouinciam iuitus dederat. quippe
scædum hominem a repu. procul esse uolebat et simul quia boni com-
plures præsidium in eo putabant. Etiam tunc potētia. Gn. P. formido-
losa erat. Sed his Piso in prouincia ab equitibus Hispanis quos i exer-
citu ductabat iter faciens occisus est. Sunt qui ita dicunt imperia eius
iniusta: superba crudelia barbaros nequissime pati: alii autem equites
illos. Gn. Pompeius ueteres fidosque clientes ex uoluntate eius pisonem
agressos: nunq̄ Hispanos præterea tale facinus fecisse: sed impe-
ria scæua multa ante perpessos. Nos eam rem in medio relinquimus.

De superiori coniuuratione satis est dictum.

Atilina ubi eos quos paulo ante cōmemorauī cōuenisse uidet:
tametsi cum singulis multa sæpe egerat: tamen in rem fore cre-
dens uniuersos appellare et cohortari in abditam partem adium sece-
dit: atque ibi omnibus arbitris procul amotis: orōnem huiuscemodi
habuit. Ni uirtus fidesque uestra spectata mihi foret: ne quā oppor-
tuna res accidisset. Spes magna dominationis in manibus frustra fuis-
set: neque ego p̄ ignauiam. aut uana ingenia pro certis incerta captatē.
Sed quia multis et magnis tēpstatibus uos cognoui fortes fidosque
mihi: eo animus est ausus maximum atque pulcherrimum facinus in-
cipere simul quia uobis eadēque mihi bona malaque esse intellexi. Nā
idem uelle atque idem nolle ea demū firmā amicitia est. Sed ego quæ
animo atque mente agitauī omnes iam a me diuersi audistis. Cæterū
mihi in dies magis: magisque aīus accenditur: cum considero quæ cō-
ditio uita futura sit: nisi nos metiplos uendicamus libertatē. Nā post-
quam .r. p. in paucorum potentiam ius atque ditionem concessit: sem-
per illis reges Tetrarchæ: uertigales: esse populi nationes: stipendia pē-
dere cæteri omnes boni atque strenui: nobiles atque ignobiles uulgas
fuimus sine gratia: sine auctoritate his obnoxii: quibus si .r. p. ualeret
formidini essemus. Itaque omnis gratia: potentia bonos diuitia: apud
illos sunt: aut ubi illi uolunt. Nobis reliquere repulsas: pericula iudicia
egestatem. Quæ quousque tandem patiemini o fortissimi uiri: nōnē-
mori per uirtutem præstat: quam uitam miseram atque inhonestā:
ubi alienæ superbiæ ludibrio fueritis: per dedecus amittere? Verum
enim uero per deum atque hominum fidem testor uictoria in manu
nobis est: uiget ætas: animus ualet: cōtra illis aīis atque diuitiis omnia
consenuere. Tantummodo incepto opus ē: cætera res ipsa expediet:
etenim quis mortalium cui uirile ingenium est tolerare potest istis di-
uitias superare quas profundant in extruendo mari et in montibus
coequandis: nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse. Illos bi-
nas aut amplius continuare domos: nobis larem familiarem nusquā
ullum esse. Cum tabulas: signa: torremata emunt: noua diruunt
alia ædificant. Postremo oibus modis pecuniā trahunt uexant: tamen
summa libidine diuitias suas nequeūt uincere. At nobis domi inopia

arbitri de quibus rebus. edis meci
p̄ captat bonuolentia ab auditi
uobis laudans eam. uirtutes fides
arripa p̄ insinuationem. uis du
supulcherrimum. fionis. aggressi
uiz. rostra. pugna. uirpe. falca

arguit a uide

illo uer



foris æs alienum. Mala res: spes multo asperior denique quid reliqui habemus præter miseram animam? **Quin** igitur expergissimini et capes site tempus. en illa libertas quã sæpe optastis. Præterea diuitiæ: decus: gloria in oculis sita sũt. Fortuna ea omnia uictoribus præmia posuit: Res: tempus: pericula: egestas: belli spolia magnifica: magis quã orõ mea uos hortentur: uel imperatore uel milite me utimini. Neque anius: neque corpus a uobis aberit. Hæc ipsa ut spero uobiscũ una consul agã: nisi forte animus fallit me: et uos seruire magis quã imperari parati estis. Postquam accepere ea omnes quibus mala abunde crant omnia: sed neque res: neque spes bona ulla tametsi illis quietamouere repu. magna merces uidebatur: tamẽ postulauerunt plerique: ut proponeret quæ conditio belli foret: quæ præmia armis peterent: quid ubique opis: aut spei haberent. Tũ Catilina polliceri cœpit tabulas nouas: proscriptionem locupletum: magistratus: sacerdotia: rapinas: alia omnia quæ bellum atque libido uictorum fert. Præterea esse in hispania citeriore pisonem in mauritania cum exercitu. P. scithium nucerinum cõsiliũ sui particeps: petere consulatum: et Antonium quem sibi collegam fore speraret: hominem familiarem et omnibus necessitudinibus circumuentum: cum eo se consulem initium agendi facturum: ad hæc male dictis increpabat omnes bonos. Suorũ unũquẽque nominans laudabat: admonebat: alium egestatis: alium cupiditatis suæ: complures periculi: aut ignominia suæ: multos uictoria syllana: quibus ca præda fuerant postquã oĩum animos alacres uidet: cohortatus ut petitionem suam curæ haberent: conuentum dimisit. Fuere ea tempestate qui dicerent Catilinam oratione habita: cum ad iusiurandum populares scelere sui addiceret: humani corporis sanguinem uino permixtum in patris circũtulisse. Inde cum post execrationem omnes degustassent: sicuti in solẽnibus sacris fieri consueuit: aperuisse cõsiliũ suũ atque eo dictante fecisse quo fidi magis forent inter se: alius alii tanti facinoris conscii. Nonnulli facta hæc et multa præterea existimabant esse ab his qui Cicronis inuidia quæ postea orta est: leniri credebant atrocitate sceleris eorũ qui pœnas dederant. Nobis ea res pro magnitudine parũ cõpta ẽ. Sed i ea cõiuratione fuit **Qu**. Curius natus haud nõ obscuro loco flagitiis atque facioribus cooptus: quẽ cẽsores a senatu probri grã amouerãt. Huic hõĩ nõ miõr uãritas ierat quã audacia neque fricere

quæ audierat: neque suamet ipsa scelera occultare. Prorsus neque dicere neque facere: quicquid pensũ hēbat. Erat ei cũ Fulvia muliere nobili stupri uetus cõsuetudo: cui cum minus esset gratus: quia inopia minus largiri poterat repente gloriã ex coniuratione maria montesque polliceri cœpit: miari interdũ ferro nisi sibi obnoxia foret: postreõ ferocius agitare quã erat solitus: at Fulvia insolentia curii causa cognita tale periculũ R. P. haud occultũ habuit. Sed sublato auctore de Catilina cõiuratione quæque quomodo audierat quã pluribus narrauit. Ea res i primis studiis hominum accendit: ad consulatum mandandum. **M. T. Cicero** Nanque ante pleraque nobilitas inuidia æstuabat: et quãsi pollui cõsolationem credebat: si eum quũuis egregius homo nouus adeptus foret. Sed ubi periculũ aduenit inuidia atque superbia post fuere. Igitur comitis habitis consules declarantur. **M. Tullius et. Gn. A.** Quod factũ primo populares cõiurationis cõcusserrat. Neque tamẽ Catilina furor minuebatur: sed in dies plura agitare: arma per Italiam opportunis locis parare: pecũiam suam aut amicorum fidem sumptam mutuo fessulas ad mallium quendam portare: qui postea princeps fuit belli faciũdi. Ea tempestate plurimos cuiusque generis homines asciuisse sibi dicitur **Mulieres** etiam aliquot: quæ primo i gentes tollerauerant sũptus stupro corporis. Post ubi ætas tantũmodo quæstui neque luxuria modũ fecerat æs alienum grande conflauerant: per eas se Catilina credebat posse seruitia urbana sollicitare. Urbem incendere: uiros earum uel adiungere sibi: uel interficere: sed in his erat **Sempronia** quæ multa sæpe uiril audacia faciora cõmiserat. Hæc mulier gener atque forma: præterea uiro ac liberis satis fortunata fuit: litteris græcis et latinis docta. psallere et cantare elegantius quã necesse est proba mulieri: et multa alia quæ instrumenta luxuria sunt. sed ei cariora semper omnia quã decus et pudicitia fuere. Pecunia an fama minus parceret haud facile discernere: libidie sic accensa: ut sapius peteret uiros quã peteretur. sed ea sæpe ante hac fidem prodiderat: creditum abiurauerat: cædis conscia fuerat luxuria atque inopia præcepta abierat. Verum ingẽium eius nõ absurdũ erat posse uersus facere: iocos mouere: sermõẽ uti uel modesto uel moli uel procaci. Prorsus multa faccia multusque lepos ierat. His iibus cõpatis Catilia nihilo inuis i proximũ anũ cõsulatũ petebat. Sperãs si designatus foret facile se ex uolũtate Antonio usurũ. Neque iterea getus erat sed oĩbus mõis iudicium parabat **Cicero**. Neque illi tamẽ ad cauẽdũ

an hoc i. si uictoribus eia a sermone que
nas nostrorum aditio que premia
i. quid premis gsequitur summa
hoc q. in re p. arma capimus.

i. frõne dicere q. oratione
i. d. r. c.

u. h. r. frõne
i. d. r. c.

u. h. r. frõne
i. d. r. c.

non i. ab infimo q. d.
simul i. d. r. c.

u. h. r. frõne
i. d. r. c.



dolus aut astutiæ deerant. Nāque a principio cōsulatus sui multa pol-
licendo: per fuluiam effecerat ut **Qu.** Curius de quo paulo te memo-
raui consilia Catilinæ sibi proderet. Ad hoc collegam suum Antoniū
pactione prouinciæ propulerat: ne contra. R. P. senti: et circum se præ-
sidia amicorum atque clientium occulte habebat. Postquā dies comi-
siorū uenit: et Catilinæ neque petitio: neque insidiæ cōsuli fecerat pro-
ptere cesserat: constituit facere bellum et extrema oīa experiri: quoniā
quæ occulte tentauerat aspera factaque euenerāt. Igitur. G. Mallium
fesulas: atque in eā partem hettruriæ septimum quēdam carmetem in
agrum picenum. G. Iulium in apuliam misit præterea alium alio quē
ubique oportunitate sibi fore credebat. Interea ratiōe multa simul mo-
liri consuli insidias tēdere parare incendia oportuna loca armatis hōi-
bus obsidere. Ipse cū talo eē. Item alios iubere hortari uti semper intē-
ti paratique essent dies noctesque festinare: uigilare: neque i sōnis ne-
que labore fatigari. Postremo ubi agitati nihil procedit: rursus intē-
pesta nocte principes cōiurationis prouocat per. M. Portiū leccam: ibi
que multa de ignauia eorū questus docet se ad eā multitudinem mal-
lium præmississe: quā multitudinē ad capienda arma parauerat. Item
alios in alia loca opportuna qui initiū belli facerent: seque docet ad ex-
ercitū proficisci cupere si prius Ciceronē oppressisset: eū consiliis suis
multum officere. Igitur perterritis ac dubitātibus cæteris. G. Corneli-
us eques. Ro. operā suam pollicitus. et cum eo. L. uargunteius senator
constituere ea nocte paulopost cum armatis hominibus sicuti saluta-
tum introire ad Ciceronem ac de improviso domi suæ imparatū cō-
fodere: Curius ubi intelligit quantum periculum tullio consuli impē-
deat: prope per fuluiam Ciceroni dolum qui parabatur enuntiat: ita
illi ianua prohibiti tantum facinus frustra susceperant. Interea malli-
us in Hettruria plebem sollicitare ægestate simul ac dolore iniuriæ no-
uarum rerum cupidam: quod Syllæ dominatione agros bonaque oīa
amiserat. Præterea latrones cuiusque generis: quorum in ea regione
magna copia erat: non nullos ex Syllanis collonis quibus libido atque
luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerāt. Ea cum ciceroni nun-
tiarentur ancipiti malo permotus: quod neque urbē ab insidiis priua-
to consilio lōgius tueri poterat: neque exercitus mallii quātus aut quo
consilio foret: satis compertum habebat: rem ad sēatum refert iam an-
tea uulgi rumoribus exagitatā. Ita que quod plerūque atroci negotio

anipiti malo permotus
quod neque urbem ab insidiis
priuato consilio longius tueri
poterat: neque exercitus mallii
quantus aut quo consilio foret:

solet fieri senatus decreuit: ut darent operam consules nequid. R. P.
detrimenti caperet. Et potestas per senatum more romano: magistratui
maximè permittitur exercitum parare: bellum gerere: coercere: omni-
bus modis socios atque ciues. Domi militiæque imperiū atque iudici-
um sūmum habere: aliter sine iussu populi nulli eorum rerum consuli
ius est. Post paucos dies. L. seuius senator in senatu lras recitauit: quas
fesulis allatās sibi dicebat: in quibus scriptum erat. C. malliū arma ca-
pisse cum magna multitudine ante diem. vi. callē. nouembrium: simul
id quod in tali re solet: alii portenta: atque prodigia nuntiabant: alii
conuentus fieri: arma portandi: capuæ atque in apulia seruile bellum
moueri. Igitur senatus decreto **Qu.** M. rex fesulas. **Qu.** Metel. cre-
ticus in apuleam: circūque ea loca missi sunt. nāque utriusque ad urbem
imperatores erāt impediti: ne triumpharent calumnia paucorum qui
bus omnia honesta et inhonesta uendere mors erat: sed prætores. **Qu.**
P. rufus capuam. **Qu.** Metel. celer in agrum picenū. Hisque permis-
sum: uti pro tempore atque periculo exercitū compararent. Ad hoc
siquis indicauisset de coniuratione quæ contra rempublicā facta erat
premiū decreuere seruo libertatem et. C. sextertia. Et senatus consul-
to libero impunitatem eius rei: et ducenta milia sestertia. Itemque de-
creuere uti gladiatoria familia capuam et in cætera municipia distri-
buerētur pro cuiusque opibus. Romæ per totam urbem uigiliae habe-
rentur: iisque minores magistratus præficerent. Quibus rebus pmota ci-
uitas: atque imutata urbis facies erat: ex summa læticia atque læciuia
quæ diuturna quies peperat: repēte oīs tristitia inuasit: festinare. trepi-
dare: neque loco: neque homini cuiquā magis credere: neque bellū ge-
rere: neque pacē habere: suo quisque metu pericula metiri. Ad hoc mu-
lieres quibus reipublicæ magnitudie belli timor insolitus incefferat:
afflicta: e sese: manus supplices ad cællum tēdere: misereri paruos libe-
ros rogare: oīa pauere superbia atque deliciis omissis: sibi patriæque
diffidere. At Catilinæ crudelis aīus eadem illa mouebat tametsi præsi-
dia pabatur. Et ipse lege plaucia interrogatus erat ab. L. paulo. Postre-
mo dissimulandi causa: aut sui expurgandi sicut iurgio lacessitus fo-
ret in senatum uenit. Tum. M. T. consul: siue timens præsentiam: siue
cōmotus ira: orōnē habuit luculentā: atque utilē reip. q̄ postea edidit

siue magis timore reuere
maioris pericula timere



scriptam: sed ubi ille ascendit Catilina ut erat paratus ad dissimulanda
omnia: demisso uultu uoce supplici postulare patribus coepit: ne quod de
se temere crederent ea familia ortu: ita se ab adolescentia dicebat ui-
tam instituisse: ut omnia bona in spe haberent. Ne existimarent sibi pa-
tricio homini: cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plebe
Ro. essent perditia rep. opus esse cum eam seruaret. M. T. inquilinus
cuius urbis Ro. ad haec maledicta alia cum adderet obstrepere omnes:
hostem et patriciam uocare. Tum ille furibundus iquit: quoniam quod
dem ego circumuentus ab inimicis praecipis agor incendium meum tu
ina uestra extinguam. Deinde se ex curia domum proripuit. Ibi multa
secum uolens: quod neque insidias consuli procedebant et ab ince-
dio intelligebat urbem uigiliis munitam: optimum factu credens exer-
citur augere: ac prius quam legiones scriberentur: multo antecapere
ea quae bello usui forent. Nocte intempesta cum paucis in malliana ca-
stra prospectus est. Sed cethego: atque letulo ceterisque quorum cogno-
uerat promptam audaciam mandat. quibus rebus possent opes factio-
nes confirmant: insidias consuli maturent eadem incendia aliaque
belli facinora parent: sese propediem cum magno exercitu ad urbem
accessurum. Dum haec roma geruntur. C. mallius ex suo numero le-
gatos ad Qu. Martium regem mittit: cum mandatis huiusmodi.
Deos hominesque testamur imperator nos arma neque contra patriam
capisse: neque quo periculo alius faceremus: sed uti corpora nostra ab
iniuria tuta forent: qui miseri egentes: uolentia atque crudelitate scene-
ratorum: plerique patria: sed oes fama atque fortuna expertes sumus.
Neque cuiquam nostrum licuit: more maiorum lege uti: neque amisso
patrimonio liberum corpus habere: tanta sauitia facinororum atque
pratoris fuit. Saepe maiores nostri miseri plebis romanae decretis suis
inopia eius opitulati sunt: ac nouissime memoria nostra propter ma-
gnitudinem aeris alieni: uolentibus omnibus bonis argentum commu-
ni arte solutum est. Saepe ipsa plebs aut dominandi studio permota: aut
superbia magistratum: armata patribus secessit. At nos non imperi-
um neque diuitias petimus: quarum rerum causa bella atque certami-
na inter mortales sunt: sed libertatem quam nemo bonus nisi cum aia
simul amittit. Te atque senatum obtestamur: ut consulatis miseris ci-
uibus: legis praesidium quod iniquitas pratoris eripuit restituatis: ne-
ue nobis eam necessitudinem imponatis: ut quaramus quonam modo

sumptus est ab edibus nax
domi est accensa si q proster
nabit abnuo igne opem
gunt

9 nobis qui
eripit nos alio

maxime ulti sanguinem nostrum pereamus ad haec. Qu. M. respon-
dit si quid ab senatu petere uellent: ab armis discedant: Romam
supplices proficiscantur. Ea mansuetudine et ea misericordia dicit sena-
tum et R. P. semper fuisse ut nemo unquam frustra ab eo petiuerit
auxilium. At Catilina ex iniere plerisque consularibus praeterea cuique
optimo litteras mittit: se dicebat falsis criminibus circumuentum quo-
niam factioni inimicorum resistere nequiuert: fortuna cedere. Massi-
liam in exilium proficisci non quo sibi tanti sceleris esset conscius. Sed
uti R. P. quieti foret: neue ex sua contentione seditio oriretur. Ab his
longe diuersas litteras. Qu. Catullus in senatu recitauit: quas sibi no-
mine Catilinae redditas dicebat. Earum exemplum infra scriptum est. L. Ca-
tilina salutem. Qu. Catulo. Egregia tua fides re cognita gratia mihi ma-
gis in meis periculis: fiduciam commendationi mea tribuit. Quam ob-
rem defensionem in nouo consilio non statui parare: satisfactionem ex
nulla conscientia de culpa: proponere decreui: quam mediis fidius uera
licet uerum cognoscas iniuriis contumeliasque concitatus: quod fructu
laboris industriaeque meae priuatus statum dignitatis non obtinebam pu-
blicam miserorum causam pro mea consuetudine suscepi. Non quia
aer alienum meis nominibus ex possessionibus sumptum soluere non
possem cum et alienis nominibus liberalitas horrestillae suis filiaeque co-
piis persolueret: sed quod non dignos hoies honore honestatos uide-
bam: meque falsa suspitione alienatum esse sentiebam: hoc nomine satis hone-
stas pro meo casu spes reliqua dignitatis conseruanda sum secutus.
Plura cum uellem scribere nunciatum est mihi parati uim. Nunc Hor-
stillam commendo tuaeque fidei trado eam ab iniuriis defendas pro liberis
tuos rogatus aucto. Sed ipse paucos dies commoratus apud. C. Flami-
neum in agro arretino: dum uicinitatem armis antea sollicitam exor-
nat: cum fascibus atque aliis imperii insignibus: in castra ad Mallium con-
tendit. Haec ubi Romae comperta sunt: senatus Catilinam: et Mallium
hostes iudicat. Ceteram multitudinem diem statuit: antequam sine frau-
de liceret ab armis discedere. praeter rerum capitalium condemnatis
praeterea decernit uti consules delectum habeant: Antonius cum exer-
citu Catilinam prosequi maturet Cicero urbi praesidio sita tempesta-
te mihi imperium. P. R. multo maxime miserabile uisum est. Cui cum
ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent domi ortum atque

b



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

diuitiæ quæ prima mortales putant affluerent: fuere tamen ciues: qui seque. R. P. obstinatis animis perditū irēt. Nique duobus senatus decretis ex tāta multitudine neque præmio inductus: cōiurationē patefecerat neque ex castris Catilinæ quisquā hominum discesserat. Tanta uis morbi atque uti tabes plærosque ciuiū anios inuaserat. Neque solū illis aliena mens erat: q̄ c̄ ōscii cōiurationis fuerant. Sed omnio cuncta plebs nouarum rerum studio: Catilinæ incepta probabat. Id adeo suo more uidebatur facere. Nam semper in ciuitate fuere homines: quibus opes nullæ sunt: bonis inuident: malos extollunt: uetera odere: noua exoptant: odio suarum rerum mutari omnia student. Turba atque seditionibus sine cura alūtur: quoniam egestas facile habetur sine dāno. Sed urbana plebs ea uero præceps erat multis de causis: primum omniū q̄ ubique probro atque petulātia maxime præstabant: Itē alii qui per dedecora amissis patrimoniis. Postremo omnes quos flagitū aut facinus domo expulerat: hi Romam sicut aqua in sentinam cōfluxerāt. Deinde multi erāt memores Syllanæ uictoriæ: quod ex gregariis militibus alios senatores uidebant: alios ita diuites: ut regio uictu atque cultu uitā agerent: sibi quisque si i armis foret ex uictoria talia sperabat. Præterea iuuentus: quæ in agris manū mercede inopiā tolerauerat priuatis atque publicis largitionibus excitat: urbanum ociū ingrato labori prætulera. Eos atque alios: oēs malum publicū alebat. Quominus mirandum ē homines egētes: malis moribus maxia spe. R. P. iuxta ac sibi cōsuluisse: Præterea quorum uictoria Syllæ proscripti parentes et bona crepta et ius libertatis imminutum erat: haud sane alio animo belli euentum expectabāt. Ad hoc quicūque aliarū partium atque senatus erant: conturbari rēp. quam minus ualere ipsi malebant. Adeo malum pristinum multos post annos in ciuitatē reuerterat. Nam postquam. Cn. Pompeio et. M. Crasso consulibus tribunitia potestas restituta ē homines adolescētes summam potestatem nati quibus ætas animusque ferox erat: cœpere senatū criminādo plæbē exagitare: deinde largiendo atque pollicendo magis incēdere ita ipsi clari potētesque fieri. Cōtra eos sūma ope nitebatur plæraque nobilitas senatus specie pro sua magnitudine. Namque uti pacis uerum ab soluam post illa tempora quicunque. R. P. agirauerit honestis nominibus alii sicuti populi iura defenderēt pars quo senatus auctoritas ma

xima foret: bonum publicum simulantes: pro sua quisque potētia certabat. Neque illis modestia: neque modus contentionis erat. Vtrique uictoriam crudeliter exercebāt. Sed postquam. Cn. Pompeius ad bellum maritimum: atque mitridaticum missus est: plæbis opes immīnitæ paucorum potentia creuit. Hi magistratus prouincias: aliaque omnia tenere ipsi innoxii florentes sine metu atatem agere. Ceterosque iudiciis terrere: quo plæbem i magistratu placidius tractarēt. Sed ubi primum dubiis rebus nouandis spes oblata ē: uetus certamen animos eorum arrexit. Quod si primo pralio Catilina superior aut æqua manu discessisset: profecto magna clades atque calāitas r. p. oppressisset. Neque illis qui uictoriam adepti foret diutius ea uti licuisset: quin defessis et exanguibus: qui plus posset imperium atque libertatem extorqueret: fue: e tamen extra coniuurationē complures: qui ad Catilinam in initio profecti sunt. In his erat Fuluius senatoris filius: quem retractum ex itinere necari iussit. Iisdem temporibus Roma Lentulus sicuti Catilina præceperat: quoscūque moribus aut fortuna nouis rebus idoneos eē credebat: aut per se aut per alios sollicitabat. Neque solum ciues: sed cuiuscunque modi genus hominū quod modo bello usui foret. Igitur. P. Umbreno cuidam negocium datur: uti legatos Allobrogum requirat: eosque si posset impellat ad societatem belli: existimans publice priuatimque ære alieno oppressos. præterea quod natura gens gallica bellicosa eēt. Facile eos ad tale consiliū adduci posse. Umbrenus: qui in gallia negociatus erat: plærisque consulibus ciuitatum notus erat: atque eos nouerat. Itaque sine mora ubi primum legatos i foro conspexit percuntatus pauca de statu ciuitatis et quasi dolēs eius causam requirere cœpit: quem exitum tantis malis sperarent. Postquē illos uidet queri de auaritia magistratuum accusare Senatum: quod in eo nihil auxilii esset suis miseris remedium expectare mortem. At ego inquit ostendam uobis rationem si modo uiri esse uultis: qua tanta mala ista effugiatis. Hac ubi dixit Allobroges in maximam spē adducti Umbrenum orare: ut sui miseretur: nil tam asperum: nil tam difficile eē quod non cupidissime facturi essent. Dum ea res ære alieno ciuitatē liberaret. Ille eos in domum. D. Bruti perducit: quod foro propinqua erat: neque aliena consilii propter semproniam. Nam tum Brutus Roma aberat: præterea Gabinium arcessit: quo maior aucto-

filij a p̄re neq̄tate

impugnandis

aliquandoq̄ ad bellum ciuilem uenerat in uenerant romam. q̄da senatus proscriptis eorū apud senatum

principibz



ritas suo sermone ineffet. Eo praesente coniurationem aperit nominat
socios praeterea multos cuiusque generis innoxios: quo legatis a. ius
amplior esset. Deinde eos pollicitos operam suam domum dimittit. Sed
Allobroges diu in incerto habere quidnam consilii caperent. In altera
parte erat res alienum: studium belli: magna merces in spe victoriae at
que in altera maiores opes: tuta consilia pro incerta spe certa praemia.
Haec igitur illis uolentibus tandem fortuna uicit. p. r. itaque. **Qu.** Fa
bio sage: cuius patrocinio ciuitas plurimum utebatur rem omnem uti
cognouerant aperiunt. Ci. per sangam consilio cognito legatis praee
pit: ut studium coniurationis uehementer simulent: ceteros ad eam bene
polliceantur. Dentque operam uti eos quam maxime manifestos habe
ant. Hisdem fere temporibus in gallia citeriore atque ulteriore. Ite in
agro piceno brutia: apulia motus erat. Namque illi quos antea Catilina
dimiserat: inconsulte ac ueluti per dementia cuncta simul agebant
nocturnis consiliis armorum telorum portationibus festinando ^{magis} xagi
tando omnia plus timoris quam periculi effecerant. Ex eo numero co
plures. **Qu.** Metellus celer praetor ex sociis Catilinae causa cognita in uin
cula coniecerat. Item in citeriore gallia C. Murena: qui ei prouinciae le
gatus praerat. At Romae Lentulus cum ceteris: qui principes coniura
tionis erant. Paratus ut uidebatur magnis copiis constiterat: uti cum
Catilina in agrum feffulanum cum exercitu uenisset. L. Bestia. Tri. Ple.
conione habita coqueretur de actionibus Ciceronis bellique graui
simam inuidiam optimo consuli imponeret. Eo signo proxima nocte ca
etera multitudo coniurationis suum quisque negocium exequeretur: sed
ea diuisa hoc modo dicebantur. Statilius et Gabinus uti cum magna
manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent: quo tumultu
facilior additus ad consulem ceterosque: quibus insidiae parabantur fie
ret. Cethegus Ciceronis ianuam obsideret. Eumque uim aggrediretur.
Alius autem alium. Sed filii familiarum: quorum ex nobilitate maxima
pars erat: parentes interficerent simul caede et incendio percussis omni
bus ad Catilinam erumperent. Inter haec parata atque decreta Cethegus
semper querebatur de ignauia sociorum illos dubitando: et dies pro
latando: magnas opportunitates corrumpere: facto non consulto in tali
periculo opus esse: seque si pauci adiuuarent languentibus aliis impetum
in curia facturum. Natura ferrox: uehemens: manu promptus erat.

ex eo numero: orda
qm p g inuoluta g
plus ex sonis
ex eo numero qm mo
ta fecerant: l. cogni
ca eantur ex sonis su
is quicquid p. r. q. l. s.
eo numero.

maximum bonum in celeritate putabat. Sed Allobroges ex praeepto
Ciceronis per Gabinium ceteros conueniunt. Ab Lentulo Cethego:
Statilio item Cassio postulant iusiurandum: quod signatum ad ci
ues perferant. aliter haud facile eos ad tantum negocium impelli pos
se. Ceteri nihil suspicantes dant. Cassius semet eo uenturum breui te
pore pollicebatur: ac paulo ante legatos ex urbe proficiscitur. Lentu
lus cum his Titum Vulturium quendam crotoniensem mittit: ut Al
lobroges priusquam domum pergerent cum Catilina data atque acce
pta fide societatem confirmarent. Ipse Vulturio litteras ad Catilinam
dat: quarum exemplum infra scriptum est. **¶** Qui sim hinc ex eo que ad
te misi cura ut uir his a cogita que in locis his progressi s. inde quod iaz t. h. u. n. e. u. l. l. e. u. r. a. u. t. o. m. n. i.
u. s. t. i. b. i. a. u. x. i. l. i. a. a. d. i. u. u. n. g. a. s. e. t. i. a. z. m. h. i. s. m. o. z.

¶ Vi sim ex eo que n ad te misi cognosces: fac cogites in quanta ca
lamitate sis: et memineris te uirum esse. Consideres quid tuae rati
ones postulerent: auxilium petas ab omnibus etiam ab infimis. Ad haec ma
data uerbis dat: cum ab senatu hostis iudicatus sit: quo consilio serui
tia repudiet. In urbe parata esse omnia quae iusserat: ne cunctetur ipse
propius accedere. His rebus ita actis constituta nocte qua proficisce
rentur. Cicero per legatos cuncta doctus. L. Valerio Flacco et C. Pro
ptinio praetoribus impetrat: ut ponte militio per insidias Allobrogum
comitatus deprehendant. Rem omnem aperit: cuius gratia mitteban
tur. cetera uti facto opus sit: ita agant: et permittit illis homines mi
litares sine tumultu: praesidiis collocatis: sicuti praeeptum erat: occul
te pontem obsiderent. Postquam ad id loci legati cum Vulturio ue
nerunt: et simul utrinque clamor exortus est: galli cito cognito consilio si
ne mora praetoribus se tradunt. Vulturius primo quo hortatus ca te
ros gladio se a multitudine defendit. Deinde ubi a legatis desertus est:
multa prius de salute sua Proptiniam obtestatus quod ei notus erat. po
stremo timidus ac uirum diffidens uelut hostibus sese praetoribus tradit.
Quibus rebus confectis: omnia per nuntios prope consuli declarantur.
At illum ingens cura atque laetitia simul occupauere. Nam laetabatur in
telligens coniuratione patefacta ciuitatem periculis ereptam esse. Por
ro autem anxius erat: dubitans in maximo scelere tantis ciuibus depre
hensis quid facto opus esset: poenam illorum sibi oneri impunitatem
perdenda. r. p. fore credebat. Igitur confirmato animo uocari ad sese
iubet Lentulum Cethegum. Sta. Gabinium. Itemque ceperium terra

al obliuio
i p' hanc
ma q' lenti

Sic alibi est
ne uelle cura ut omni
u. s. t. i. b. i. a. u. x. i. l. i. a. a. d. i. u. u. n. g. a. s. e. t. i. a. z. m. h. i. s. m. o. z.



cinensem: qui in Apuliā ad concitanda seruitia proficisci parabat. ceteri sine mora ueniunt. Ceparius paulo ante domo egressus cognito cōsilio ex urbe profugerat. Cōsul Lentulū: quod prator erat ipse manu tenens in senatū perducit. Reliquos cū custodibus in adem cōcordiā uenire iubet. Eo senatum aduocat: magnaue frequentia eius ordinis Vulturium cum legatis introducit. Flaccum pratorem scriniū cum litteris: quas a legatis acceperat: eodem afferre iubet. Vulturius interrogatus de itinere: et de litteris: postremo quid: aut qua de causa consilii habuisset. Primo fingere: alia dissimulare de coniuratione. Post ubi fide publice data dicere iussus est: omnia uti gesta erant aperit: docetque se paucis ante diebus a Gabinio et cepario socium accitū nihil amplius scire quam legatos tantummodo audire solitum ex gabiniō. P. Antoniū: Seruiū: Syllam. L. Vargunteiū: multos praeterea in ea coniuratione catilinā esse. Eadem Galli fatentur. At Lentulam dissimulantem coarguunt praeter litteras: sermonibus quos ille habere solitus erat ex libris Sybillinis regnū Romae tribus Cornelii protēdi Cinnā atque Syllā antea: tertium se dicebat: cui fatū foret orbis potitū. Praeterea ab incendio capitolio illum esse. xx. annum quem saepe ex prodigiis aurspices respondissent bello ciuili cruentum fore. Igitur perlectis litteris: cum prius omnes signa sua cognouissent: senatus decreuit: uti abdicatus esset a magistratu Lētulus itēque ceteri in liberis custodiis haberentur. Itaque. Len. traditur. P. Lētulo spintheri: quātū adilis erat. Cethegus quinto cornificio. Statilius. C. caesariis Gabinius. M. crasso. ceparius nam is paulo ante ex fuga retractus erat. Cn. Terentio traditur: Interea plēbs cōiuratione patefacta: quā priuocupa nimis nouarum rerum bello fauebat mutata mente catilinā consilia execrari: ciceronem ad caelum tollere: ueluti ex seruitute crepta gaudium atque latitiam agitabāt. Namque alia facinora praeda: magis quā detrimento fore. Incendium uero crudele immoderatū ac sibi maxie calamitosum putabat: quippe cui omnes copiae in usu quottidiano et in quottidiano cultu corporis erant. Post eundem diem quidē Lutus Tarquinius ad senatum adductus erat: quem ad cauiam profici

scientem retractum ex itinere aiebant. Is cum diceret se indicatum de coniuratione: si fides publica data esset: iussus a consule quā sciret edicere: eadem fere quā Vulturius de paratis incēdiis: de ea de bonorum: de itinere hostium senatū edocet. Praeterea se missum a M. crasso: qui catilinā nuntiaret: ne cum Lentulus et cethegus: alique ex coniuratione deprehensi terrerent. Eoque magis properaret ad urbem accedere. Quo ceterorum anios reficeret: et illi facilius a periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius crassum nominauit hominem nobilem maximis diuitiis: summa potentia: alii rem incredibilem rati pars tam etsi uerum existimabant: tamē quia in tali tempore tanta uis hominis magis leniunda quā exagrandā uidebatur. Plurique crasso ex priuatis negociis obnoxii: conclamant indicem esse falsum: deque ea re postulant uti referatur. Itaque consulente cicerone frequens senatus decreuit Tarquini indicium falsum uideri. Eumque in uinculis retinēdū neque amplius potestatem faciendam: nisi de eo indicaret cuius consilio tantam rem esset mentitus. Erant eo tempore: qui existimarent in indicium illud a P. Antonio machinatum: quo facilius appellato crasso per societate periculi reliquos illius potentia tegetet. alii Tarquinium a cicerone esse immissum aiebant: ne crassus more suo suscepto malorum patrocinio rem publicam cōturbaret. Ipsum crassum ego postea praedicantem audiui tantam illam contumeliam a cicerone impositā. Sed iisdem temporibus quintus Catullus caius piso: neque praecibus: neque gratia: neque precio. ciceronē impellere potuere uti per allobroges: aut alium iudicem. C. caesar falso nominaretur: Namque uterque graues inimicitias cum illo exercebant. Piso oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarum propter cuiusdam transpadani supplicium iniustum. Catullus ex petitione pontificatus odio incēsus: quod extrema aetate usus maximis honoribus ab adolecētulo caesari uicis discerserat: res autem opportuna uidebatur: quod is priuam egregia libertate: publice maximis muneribus grandem pecuniam debebat. Sed ubi consulem ad tantum facinus impellere nequeunt: ipsi sigillatim



circumeundo mentiēdo: quae a Vulturio aut allobrogibus audisse dicerent: magnā illi inuidiam conflauerāt: usque adeo ut nōnulli equites Romani: qui praesidii causa cum talis erāt circum aedem cōcordiae seu periculi magnitudine: seu animi ^{mobilitate} impulsī quo studium suum in rep. clarius esset. Egre dienti ex senatu Caesari gladio imminitarentur. Dum haec in senatu aguntur. Et dū legatis Allobrogum: et Tito Vulturio comprobato indicio eorū pramia decernuntur: libertini et pauci ex cliētibus Lētuli diuersis itineribus opifices atque seruitia in uicis ad eum eripiendum sollicitabant. Partim exquirebant duces multitudinum: qui precio temp. uexare soliti erant. Cethegus autē per nuncios familiam atque libertos suos electos. Exercitatos orabat in audaciam. ut grege factō cum talis ad sese irumperent. Cōsul ubi ea parari cognouit: dispositis praesidiis uti res atque tempus monebat. Conuocato senatu refert quid de his fieri placeat: qui in custodiis traditi erāt. Sed paulo eos ante frequēs senatus iudicauerat cōtra rem publicam fecisse. Tum. D. Syllanus iunius sententiam rogatus: quia eo tempore consul designatus erat. De his qui in custodiis tenebantur. Et praeterea de. L. Cassio. P. Furio. P. Umbreno. Qu. Annio si deprehensi forent supplicium sumendum decreuit. Hisque postea permotus oratione. C. Caesaris pedibus in sententiam Tiberii neronis iturum se dixerat quod de ea re praesidiis additis referendū esse censuerat. Sed Caesar ubi ad eum uentum est rogatus sententiam a cōsule huiusmodi uerba locutus est.

Mnes homines patres conscripti: qui de rebus dubiis cōsultāt: ab odio amicitia ira atque misericordia uacuos eē decet. Haud facile animus uerum prouidet ubi illa officiant: neque quisquam hominum libidini simul et usui paruit: ubi intenderis ingenium ualeat. Si libido possidet ea dominatur: animus nihil ualeat. Magna mihi copia est memorandi. P. C. qui reges ira atque populi misericordia impulsī male consuluerunt. Sed ea malo dicere: quae maiores nostri contra libidinē animi sui recte atque ^{ordie} fecerunt. Eello Macedonio: quod cū rege Persa gessimus: Rhodium ciuitas magna atque magnifica: quae populi romāi opibus creuerat: infida et aduersa nobis fuit. Sed postquam bello cōfecto d rhodiis cōsultū ē maiores nri ne qs diuitiarū magis q̄

iniuria causa bellum inceptum diceret: impunitos eos dimisere. Item bellis punicis omnibus: cum saepe Carthaginenses in pace et per inducias multa nefaria facinora fecissent: nunquam ipsi per occasionem talia fecerunt: magis quod se dignū foret: quā quod illos iure fieri posset: quaerebant. Hoc item uobis prouidendum est. P. C. ne plus apud uos ualeat. P. Lentuli et ceterorum scelus: quam uestra dignitas: neue magis irae uestrae consulatis: quam fama. Nam si digna poena pro factis reperiretur: nouum consilium approbo. Si magnitudo sceleris eorum omnium ingenium exuperat. His utendum censeo: quae legibus comparata sunt. Plarique eorum qui ante me sententias dixerunt: compositae: atque magnifice casum reip. miserati sunt: quae belli fauicia cēt et quae uictis acciderent: enumerare: rapi uirgines: pueros: diuelli libertos a complexu parentum: matres familiarum pati quae uictoribus collibuisse. Phana atque domos spoliari: caedē: incendia fieri. Postremo armis cadaueribus cruore atque luctu omnia compleri sed p deos immortales: quo illa oratio pertinuit. An ut uos infestos coniurationi faceret: scilicet quē res tāta atque tā atrox non per mouit: cum oratio incēderet: nō ita est: neque cuiquam mortalium iniuria sua parua uidentur multi eas grauius a quo habuere. Sed aliis alia licentia est. P. C. qui dimissi in obscuro uitam agūt: si quid iracundia deliquere pauci sciunt fama atque fortuna pares sunt: qui magno imperio praediti i excelsa atate agunt. Eorum facta cuncti mortales nouere. Ita in maxima fortuna minima licētia ē: neque stupere: neque odisse: sed minime irasci decet. Quae apud alios iracundia dicitur: ea imperio superbia atque crudelitas appellatur: equidem sic existimo. P. C. omnes cruentus minores quam facinora illorum esse. Sed plarique mortales postrema meminere et i homibus impiis sceleri eorū obliti de poena differunt: si ea paulo seuior fuit. D. Syllanū fortē atque strenuum certe scio quae studio dixerit reipublica dixissē: neque illū in tanta re gratias aut inimicitias exercere: eos mores: eaque modestiā uiri cognoui. Verum sententia eius mihi nō crudelis. Quid enim tales homines crudele fieri potest: sed aliena a reipublica uidetur. Nam profecto aut metus aut iniuria te subegit Syllane consulem designatum genus poenae nouum decernere. De timore superuacamen est differere: cum praesertim diligentia clarissimi uiri consulis tanta praesidia sint in armis:



De poena possumus: quidem dicere id quod res habet in luctu atque
miseris mortem et umbrarum requiem non cruciatum esse. Eam cum
cuncta mortalium mala dissoluere ultra: neque cura: neque gaudio locū
eēt. Sed p̄ deos immortales: quomobrem in sententiā nō addidisti uti
prius uerberibus in eos animaduertetur: an quia lex portia uetat? At
aliae leges. Item de contemptis ciuibus non animam eripi: sed exiliū
permittere iubet: an quia grauius ē uerberari quam necari? Quid autē
acerbum aut nimis graue est in homines tanti facinoris cōuictos? Sin
quia uerberari quam necari: ideo dimisisti leuius quid conuenit in mi
nore negotio legem timere cum eam in maiore neglexeris? At n. quis
reprehendet id quod in parricidas reip. decretum erit tempus dies for
tuna: cuius libido gentibus moderatur. Illis merito accidit quicquid
euenit. Ceterum uos patres. C. quid in alios statuatis considerate.
Omnia mala exempla ex bonis rebus orta sunt. Sed ubi imperium ad
ignaros ciues: aut minus bonos peruenit: nouum illud exemplum ab
dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. Lacedamo
ni deuictis Atheniēsis triginta uiros imposuere: qui rēp. corū tracta
rent. Hi primo coepere pessimum quēque et omnibus inuisum indē
natum necare. Ea lege populus latari: et merito dicere fieri. Post ubi
paulatim licētia creuit iuxta bonos et malos libidinose interficere: cē
teros metu terrere. Ita ciuitas seruitute oppressa: stultae latiae graues
pœnas dedit. Nostra memoria uictor Sylla cum Damasippū et alios
eiusmodi: qui malo reip. creuerant uigulari iussit. Quis non factum
eius laudabat: homines scelestos et factiosos: qui seditionibus tempu.
exagitaerant: merito necatos aiebant. Sed ea res magnae initium cla
dis fuit. Nam uti qui quā: aut domum: aut uillam. postremo aut uas:
aut uestimentum alicuius concupiuerat: dabat operam ut is in proscri
ptorum numero esset. Ita illi quibus Damasippi mors latitiae fuerat:
paulo post ipsi trahebantur: neque prius finis iugulandi fuit: quā Syl
la omnes suos diuitis expleuit. Atque ego hoc nō i Marco Tullio ne
que his tēporibus uereor. Sed i magna ciuitate multa et uaria ingēia
sunt. Post alio tempore alio consule cui itē exercitus sit in manu aliqd
falsū pro uero credi: ubi hoc exēplo per senatus decretū gladiū cōsul
eduxerit: q̄s finē statuet? aut q̄s moderabitur? Maiores nri patres. C.

neque consilii neque unquam audaciae eguere: neque illi superbia ob
stabat: quominus aliena instituta: si modo proba erant imitarentur.
Arma atque tela militaria ab fannibus: insignia magistratū ab tu
scis pluraque sumpserunt. Postremo quod ubique apud socios aut
hostes idoneum uidebatur cum summo studio domi exequabantur.
Imitari quam inuidere bonis malebant. Sed eodem illo tempore ma
iores nostri graeciae morem imitati uerberibus animaduertebant in ci
ues de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam res
publica adoleuit et multitudine ciuium factiones ualere: circumueni
re innocentes: alia huiuscemodi fieri coepere: tunc lex portia: aliaeque
leges paratae sunt: quibus legibus damnatis exilium permissum est:
han̄ ergo causam. P. C. quominus nouum consilium capimus: in
primis magnam puto. Profecto uirtus atque sapientia maior in illis
fuit: qui ex paruis opibus tantum imperium fecere: quam in nobis qui
ea bene parata uix retinemus. Placet igitur eos dimittere et augere exerci
tum Catilinae. Minime. Sed ira censeo: publicandas eorum pecunias
ipso in uinculis per municipia habendos: quae maxime opibus ualēt.
Ne quis de his postea ad senatum referat: neue cum populo agat.
Qui aliter fecerit senatum existimare sciat cum contra rempublicam
et salutem omnium facturum. Postquam Caesar dicendi finem fecit:
ceteri uerbo eius: alius alii uarie assentiebantur. At. M. portius Cato
rogatus sententiam huiuscemodi orationem habuit.

Onge mihi aliena mens est. P. C. cum res atque pericula uestra
considero: et sententias nonnullorum mecum ipse reputo. Illi
mihi differuisse uidentur de poena eorum: qui patriae parentibus: aris:
atque focis sociisque suis bellum parauere. Res autem monet cauere
ab illis magis quam quid in illos statuamus consultare. Nam cetera
malefacta tum persequere ubi facta sunt. Hic nisi prouideris: ne ac
cidat: ubi euenit frustra iudicia implores. Capta urbe nihil reliqui sit
uictis. Sed per deos immortales uos ego appello: qui semper domos:
uillas: signa: tabulas uestras pluri precii: quam rempublicam fecistis
si ista cuiuscumque modi sint: quae amplexamini retinere: si uoluptati
bus uestris ocium praebere uultis: expergissimini aliquando et capessi
te rempublicam. Non nūc agitur de uestigalibus: nō de sociorū iniuriis

*infirmitas filii ueneris
fides ueneris*

al ego

al hoc



libertas et anima uestra in dubio ē. Sæpenumero. P. C. multa uerba in hoc ordine feci: sæpe de luxuria atque auaritia nostrorū ciuiū quæstus sum multosque mortales: ob eam causam aduersos habeo: quod mihi atque animo meo nullius unquam delicti gratiā fecissem haud facile alterius libidini male facta condonabam. Sed tamen si uos paruipende batis: tamen resp. firma erat. opulentia negligentiam tollerabat. Nunc uero id non agitur bonis ne an malis moribus uiuamus: neque quantū aut quā magnificum imperiū populi romani sit. Sed hæc cuiusque modi uidentur sint: nostra an nobiscum una hostium futura sint: hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat. Iam pridem equidem nos uera rerum uocabula amisimus: quia bona aliena largiri liberalitas. Malorum rerū audacia fortitudo uocatur: eo resp. in extremo sita est. Sint sane quoniam ita se mores habent liberales ex sociorum fortunis sint misericordes i furibus a rari. Ne illis sanguinē nostrum largiantur: et dum paucis sceleratis parcūt: bonos perditum eant. Bene et composita. C. Cæsar paulo ante in hoc ordine de uita et morte disseruit: credo falsa existimans: ea quæ de inferis memorātur: diuerso itinere malos a bonis loca tetra: inculta fœda atque formidolosa hñc. Itaque censuit pecunias corū publicādas. Ipsos p̄ municipia habendos in custodia: uidelicet timens ne si Romæ sit: aut a popularibus coniurationis: aut a multitudine cōducta: per uim cripiantur. Quasi uero mali atque scelesti rātūmodo in urbe et non per totam Italiā sint aut non ibi plus possēt audacia ubi ad defendēdum opes minores sunt. Quare uanum equidem hoc cōsiliū ē: si periculum ex illis metuit: si in tanto omnium metu non solus timet: eo magis refert me mihi atque uobis timere: quare cū de publico lētulo ceterisque staueris: pro certo habetote uos. Simul de exercitu Catilinæ et de omnibus cōiuratis decernere. Quanto uos attentius ea agetis: tanto illis animus infirmior erit. Si paululum uero languere uiderint modo omnes iam feroces aderūt. Nolite existimare maiores nostros armis rēpu. ex pua magnā fecisse: si ita res eēt multo pulcherrimā cā haberemus quippe sociorū atque ciuiū: præterea armorū atque equorū maior copia nobis quā illis ē. Sed alia fuere quæ illos magnos fecere quæ nobis nulla sunt domi: industria: foris iustum imperium: animus i cōsulēdo liber:

neque delicto: neque libidini obnoxius. Pro his nos habēus luxuriā: atque auaritiā publice egestatē: priuatim opulentiā: laudamus diuitias sequimur inertiam. Inter bonos et malos discrimē nullū ē: oia uirtutis præmia ambitio possidet: neque mirū ē ubi uos separatim sibi quæque cōsiliū captatis: ubi domi uoluptatibus. Hic pecuniæ aut gratiæ seruitutis: eo fit: ut impetus fiat in uacuum remp. Sed ego hoc omitto. Coniurauere nobilissimi ciues patriam incendere Gallorum gentem infestissimam nomini romano ad bellum accerserunt: dux hostium cum exercitu supra caput est. Vos cunctamini: et iam nunc dubitatis: quid inter mœnia deprehensis hostibus statuatis. Miseremini censeo deliquere homines iuuenes: adolescentuli per ambitionē atque etiam armatos dimittatis. Vereor ne ista uobis mansuetudo et misericordia si illi arma cœperint: in miseriam conuertatur. si ipsa res aspera est: sed uos non timetis eā: immo uero maxime: sed inertia atque mollitia animi alius aliū expectantes cunctamini: uidelicet diis immortalibus confisi: qui hanc remp. in maximis sæpe periculis seruauere. Non uotis atque suppliciis mulieribus auxilia deorum parantur uigilando agēdo bene consulendo prospera omnia cedunt. Vbi socordia atque ignauia te tradideris: ne quicquid deos implores irati infestique sūt: apud maiores nostros Aulus Manlius Torquatus bello gallico filium suum: quod his contra imperium in hostem pugnaerat: necari iussit. At ille egregius adolescens immoderate fortitudinis morte pœnas dedit. Vos de crudelissimis patriciis: qui statuatis cunctamini: uidelicet cetera uita eorum: huic sceleri obstat. Verum parcite dignitati Lentuli: si ipse pudicitia: si famæ suæ: si diis atque omnibus unquā ullis pepercit. Ignoscē Cethegi adolescentiæ: nisi iterum iam patriæ bellum intulit: nam quid ego de Gabinio statilio Cepario loquar: quibus si quicquid pensi fuisset: unquā nō ea cōsilia de rep. habuissent. Postreō. P. C. si me hercle peccato locus esset: facile paterer uos corrigi ipsa re: quoniā uerba mea cōtēnit: sed undique circūuēti sumus: catilina cum exercitu ^{al' fauces} faucibus urget Italia. intra mœnia in sinu urbis sūt hostes: neque parari: neque cōsuli quicquid pōt occulte. Quo magis properādū ē: quare ita cēleo ego cū nefario cōsilio sceleratorū ciuiū resp. in maxima pericula uenerit. Hicque indicio Vulturii et legatorū Allobrogōn conuicti cōfessique sūt: eadē: incēdia: aliaque fœda atque crudelia facinora i ciues patriæque paruissē de cōfessis sicut de manifestis rerū capitalium

multum nomen abest
si sit prudentia

nas qd ac p̄tē con
l' nota sunt



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

more maiorum sumendum supplicium postquam Cato affedit: con-
sulares omnes: itemque senatus magna pars sententiā eius laudant: uir-
tutem animi ad caelum ferunt. Alii alio^{rum} increpantes timidos uocant.
Cato magnus atque clarus habetur: senatus decretum fit: sicut ille cen-
suerat. Sed mihi multa audiēti quae p. r. domi militiaeque mari atque
terra praecleara facinora fecit: forte libuit attendere: quae res maxime tā
ta negocia sustinisset: sciebam saepenumero. p. r. parua manu cum
magnis legiōibus hostium contēdisse: cognoueram paruis copiis bel-
la gesta fuisse cum opulentibus regibus ad hoc saepe fortunae uiolen-
tiam tollerauisset: facundia graecos Gallos gloria belli: Romanos ante
fuisse. At mihi multa agitanti constabat paucorum ciuium egregiam
uirtutem cuncta patrauisse: eoque factum est: uti diuitias pauperes
multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque desidia
ciuitas corrupta est: rursus res publica magnitudine sua imperatorum
atque magistratuū uicia sustentabat. Ac sicuti effecta parentum mul-
tis tempestatibus haud sane quisquam Romae uirtute magnus fuit:
sed mea memoria ingenti uirtute diuersis moribus fuere uiri duo M.
Cato et C. Caesar: Quos quoniam res obtulerat silentio praeterire con-
siliū non fuit: quum utriusque naturam et mores quantum ingenio
possem aperire. Igitur his duobus genus: atque eloquentia prope ae-
qualia fuere. Magnitudo animi pariter gloria: sed alia alii. Caesar be-
neficiis ac munificentia magnus habebatur. Integritate uita Cato il-
le mansuetudine misericordiaque clarus factus. Huic seueritas digni-
tatem addiderat. Caesar dando: subleuando: ignoscendo. Cato nihil
largiendi gloriam adeptus est. In altero miseris profugium: in altero
malis penes: illi us facilitas: huius constantia laudabatur. Postremo
Caesar in animum induxerat laborare: uigilare negociis: amicorum in-
tentus: sua negligere: nihil denegare: quod dono dignum esset: sibi ma-
gnum imperium: exercitum: bellum nouum exoptabat: ubi uirtus eni
telcere potuisset. At catoni studium modestiae decoris et maxime sa-
ueritatis erat: non de diuitiis cum diuite: nec de factione: cum factioso
sed cum strenuo de uirtute cum modesto de pudore: cum innocente
de abstinentia certabat esse: quam uideri bonus malebat. Itaque quo-
minus petebat gloriam eo magis illam assequebatur. Postquam ut
dixi senatus in catonis sententiam discessit. Consul optimum factu ra-
tus noctemque instabat antecapere: ne quid eo spatio nouaretur triū

al' quum

uirosque ad supplicium postulabat parare iubet: ipse dispositis pra-
sidiis: Lentulum in carcerem deducit: in ceteris idem sit per praetores.
Est locus in carcere quod Tullianum appellatur: ubi paululum ascen-
deris ad leuam circiter. xii. pedes humi depressus cum muniunt undi-
que parietes atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta: sed in-
culta tenebris: odore foeda: atque terribilis eius facies est: eum locum
postquam dimissus est. Lentulus indidens rerum capitalium: quibus
praecipuum erat laqueo gulam fregere. Ita ille Patricius ex gente cla-
rissima Corneliorum: qui consulare imperium Romae habuerat: di-
gnum moribus fatisque suis exitium uitae inuenit. De Cethego: Stati-
lio: Gabinio: Cepario eodem modo supplicium sumptum est.

Vm ea Romae geruntur Catilina ex omni copia: quam et ipse
adduxerat: duas legiones instituit: cohortes ex numero militū
complet. Deinde ut quisque uoluntarius aut ex sociis in castra uenerat:
aequaliter distribuerat ac breui spatio legiones numero hominum ex-
pleuerat: cum initio non plus duobus milibus habuisset. Sed ex omni
copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa: ceteri ut
quemque casus amaauerat: sparos aut lanceas: alii praecutis fudes por-
tabant. Sed postquam Antonius aduenabat cum exercitu: Catilina p-
montes iter facere: modo ad urbem: modo ad Galliam uersus castra mo-
uere hostibus occasionem pugnandi non dare: sperans prope diē ma-
gnas copias sese habiturū: si Romae socii incepta patrauissent: interea
seruitia repudiabat: cuius initio ad eū magna copia concurrebat: opi-
bus coniurationis fretus simul alienum suis rationibus existimans
uideri: causam ciuium cum seruis fugitiuis communicasse: sed post-
quam nunciū in castra peruenit Romae coniurationem patefactam
de Lentulo et Cethego: et ceteris quos supra memorauimus suppli-
cium sumptum praeterea quos ad bellum spes rapinarū: aut nouarū
rerum studium illexerat: dilabuntur: reliquos Catilina per montes
asperos reliquos itineribus in agrum pistoriensem adducit eo consilio
uti per tramites occulte profugerent in Galliam transalpinam. Atque
Qu. Metellus celer cum tribus legionibus in agro piceno praesidebat
ex difficultate rerum eadem illa existimans quae supra diximus Ca-
tilinam agitare. Igitur ubi iter eius ex profugis cognouit: castra pro-

al' aug' rei

pistoris montes abstruere



pere mouet: ac sub ipsis radicibus montium confedit: qua descensus erat illi in Galliam properanti: neque tamen Antonius procul aberat ut qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fugam sequere tur: sed Catilina postquam uidet montibus atque copiis hostiū sese clausum in urbe res aduersas: neque fugæ: neque præsidii ullam spem optimum factu ratus: in tali re fortunam belli tentare: statuit cum Antonio quamprimum configere. Itaque contione aduocata huiusce modi orationem habuit.

Compertum habeo milites uerba uirtutem non addere: neque ex ignauo strenuum: neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri: sed quanta cuiusque animo audacia natura aut moribus inest: tanta in bello patere solet: quæ neque gloria: neque pericula excitant: ne quicquam hortere: timor animi auribus officit: sed ego uos quo pauca monerem aduocaui: simul uti causam consilii mei aperirem: scitis equidem milites secordia atque ignauia Lentuli quantam ipsi nobisque cladē attulerit: quoque modo dū præsidia ex urbe operior: in Galliam proficisci nequerim. Nunc uero quo in loco res uestræ sint: iuxta mecum omnes intelligitis: exercitus hostium duo: unus ab urbe: alter a Gallia obstat. Diutius in his locis esse si maxime animus ferat fruēti atque aliarum rerū egestas prohibet: quocūque ire placet ferro iter aperiendum est: quapropter uos moneo uti forti atque parato animo sitis: et cum prælium inibitū memineritis uos diuitias: gloriam: decus: præterea libertatem atque patriam in dextris uestris portare: si uincimus omnia nobis tuta erunt: comitatus abunde municipia atque coloniæ patebunt: si metu cesserimus: eadem illa aduersa fient: neque locus: neque amicus quisquam teget: quem arma non texerint. Præterea milites non eadem nobis et illis necessitudo impendet nos pro patria: pro libertate: pro uita: pro uirtute certamus. Illis supuacaneū est pugnare pro potentia paucorum: quo audacius aggredimini memores pristinae uirtutis: licuit nobis cum summa turpitudine in exilio ætatem agere. Potuistis nonnulli Romæ amissis bonis alienas opes expectare: quia illa foeda atque intolleranda uiris uidebantur hæc sequi decreuistis: si relinquere uultis audacia opus est. Nemo enim nisi uictor pro pace bellum mutauit. Nam in fugas salutem spe

rare: cum arma quibus corpus tegitur ab hostibus auerteris ea uero demencia est semper in prælio his est maximum periculum: qui maxime timent. audacia pro muro habetur: cum uos considero milites et cum facta uestra aestimo: magna spes me uictoria tenet: animus: ætas: uirtus uestra me hortantur. Præterea necessitudo quæ etiam timidos fortes facit: nam multitudo hostium ne circumuenire queat: prohibent angustia loci. Quod si uirtuti uestræ fortuna inuiderit: caute ne inulti animam amittatis: neu capti sicuti pecora potius trucidemini: quam uirotum more pugnantem: cruentam atque luctuosam uictoriam hostibus relinquatis. Hæc ubi dixit paululum commoratus signa canere iubet: atque instructos ordines in locum æquum deduxit. Deinde remotis omnium æquis: quo militibus exæquato periculo animus amplior esset. Ipse pedes exercitum pro loco atque copiis instruxit: nam uti planities erat inter sinistros montes: et ab dextra rupē aspera: octo cohortes in fronte constituit. Reliquarum signa in subsidio arctius collocat: ab his centuriones omnes electos et uocatos. Præterea ex gregariis militibus optimum quemque armatum in primam aciem subducit. C. Mallium in dextra: fesulanum quendam in sinistra parte curare iubet. Ipse cum libertis et coloniis prope aquilam assistit: quæ bello cimbrico. C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. at ex altera parte. C. Antonius pedibus æger: quod prælio ad eum nequibat. M. petreio legato exercitū pmittit. Ille ueteranas cohortes: quas tumultus causa cōserpserat in fronte post eas ceterum exercitū in præsiidiis locat. Ipse equo currens: unūquēque nominans appellat: hortatur: rogat ut meminerint se contra latrones inermes pro patria: pro liberis: pro aris atque focus suis certare. Homo militaris quod amplius annos triginta tribu nus: atque præfectus aut legatus: aut prætor cum gloria magna in exercitu fuerat. plerosque ipse factaque eorum fortia nouerat ea cōmemorando militum animos accendebat: sed ubi omnibus rebus exploratis petreius tuba signū dabat: cohortes paulatim incedere iubet: idē facit hostium exercitus: postquæ uentum est: unde ab serentariis prælium committi posset: maximo clamore cum infestis signis utrinque concurrunt: pila omittunt: gladiis res geritur: ueterani pristinae uirtutis memores cominus acriter instare: illi haud timidi resistunt maxima

*deducit naues: alius ex domo
strenua descriptum. I. equitibus
diuis*

al. libertis



ui certatur: interea Catilina cum expeditis in prima acie uerfari: laborantibus succurrere integros profaucis arceffere: omnia prouidere. multum ipse pugnare: saepe hostem ferire: strenui militis: et boni imperatoris officia simul exequabatur. Peterius ubi uidet Catilinam contra ac ratus erat magna ui contendere: cohortem praetoriam in medios hostes inducit: eosque perturbatos atque alios alibi resistentes interficit. Deinde utrifque ex lateribus caeteros aggreditur. Malius et Fesulanus in primis pugnantibus cadunt. Postquam fufas copias seque relictum cum paucis uidet Catilina memor generis atque pristinae dignitatis suae inter confertissimos hostes incurrit: ibique pugnantibus confoditur. Sed confecto praelio tunc uero cerneret quanta audacia quantaque animi uis fuisset in exercitu Catilinae. Nam fere quem quisque pugnam do uiuus locum coeperat: cum amissa anima corpore tegebat. Pauci autem quos medios cohors praetoria disiecerat: paulo diuerfius iacebant: sed omnes tamen aduersis uulneribus conciderant. Catilina uero longe a suis inter hostium cadauera repertus est. Paululum etiam spirans: ferociamque animi quam habuerat uiuus in uultu retinens. Postremo ex omni copia Catilinae: neque in praelio: neque in fuga quam ciuis ingenuus captus est: ita cuncti suae uitae hostiumque iuxta pepercerant: neque tamen exercitus populi romani latam: aut inuictam uictoriam adeptus erat: nam strenuissimus quisque: aut occiderat in bello: aut grauitur uulneratus discesserat. Multi autem qui de castris uidendi: aut spoliandi gratia processerant: uolentes hostilia cadauera amicum alii pars hospitem: aut cognatum reperiebant. Fuerunt item qui inimicos suos cognoscerent: ita uariae per omnem exercitum latitiae: moeroris: luctus: atque gaudium agitabantur.

ALSO QVAERITVR DE NATURA sua genus humanum: quod aetas imbecilla: atque cui breuis sorte potius quam uirtute regatur. Nam contra reputando neque maius aliud: neque praestabilius inuenies: magisque naturam industriam hominum quam uim aut tempus deesse: sed dux atque imperator uitae mortalium animus est: quod ubi ad gloriam

uirtutis uia crassatur: abinde polles potestque et clarus est: neque fortuna eget: quippe probitate industria: aliasque artes bonas: neque dare: neque eripere cuique potest. Sin captus prauis cupidinibus ad inertiam et uoluptates corporis pessundatus est: pernitiola libidine paulisper usus est ubi per socordiam uires: tempus: aetas: ingenium defluxere naturam infirmitas accusatur: suam quippe culpam autores ad negocia transferunt. Quod si hominibus bonarum rerum tanta cura esset: quanto studio aliena ac nihil profutura: multumque etiam periculosa petunt: neque regerentur magis a casibus: quam regere casus: et eo magnitudinis procederent: ubi pro mortalibus aeterni gloria fierent: nam uti genus hominum compositum ex corpore et anima est: ita res cuncta studiaque omnia nostra corporis alia: alia animi naturam sequuntur. Igitur praecleara facies magna diuitiae ad hoc ius corporis et alia huiusmodi omnia breui dilabuntur. At ingenii egregia facinora sicuti anima immortalia sunt. Postremo corpori et fortunae bonorum ut initium sic finis est. Omniaque orta occidunt et aucta senescunt. Animus incorruptus aeternus rector humani generis agit: atque habet cuncta: neque imple habetur. Quo magis prauitas eorum admiranda est: qui corporis dediti gaudiis per luxum atque ignauiam aetatem agunt. Caeterum ingenium: quo neque melius: neque amplius aliud in natura mortalium est in cultu atque socordia torpescere sinunt: cum praesertim tam multae uariaeque artes sint animi: quibus summa claritudo paratur. Verum ex his magistratus et imperia. Postremo omnis cura rerum publicarum minime mihi hac tempestate cupienda uidentur: quoniam neque uirtuti honos datur: neque illi quibus per fraudem ius fuit: utique uti aut eo magis honesti sunt. Nam ui quidem regere patriam aut parentes: quamquam et possis et delicta corrigas: tamen importunum est: cum



praesertim omnes rerum mutationes: eadem fugam aliaque hostilia
protendant: frustra autem niti: neque aliud se fatigando: nisi odium
quarere extremae dementiae est: nisi forte illi quem inhonesta et per-
nitiosa libido tenet: potentiae paucorum decus atque libertatem suam
gratificari. Ceterum ex aliis negociis: quae ingenio exercentur in primis
magno usui est memoria rerum gestarum: cuius de uirtute quia mul-
ti dixerunt: praetereundum puto simul: ne per insolentiam quis existimet
memet studium meum laudando extollere. Atque ego credo fore ho-
mines: qui quia decreui procula a rep. agere aetate tanto tamque utili la-
bori meo nomen inertiae imponat. Certe quibus maxima industria ui-
detur salutare praebem et cum uiuis gratiam quarere. Quod si repu-
tauerint: et in quibus ego temporibus magistratum adeptus sum: et
quales uiri idem assequi nequiuerint: et reputauerint postea: quae gene-
ra hominum in senatum prouenerint: profecto existimabunt me ma-
gis merito quam ignauia iudicium animi mei mutauisse: maiusque com-
modum ex ocio meo: quam ex aliorum negociis. r. p. uenturum. Nam
saepe ego audiui quintum maximum Publium Scipionem. Praeterea
ciuitatis nostrae clarissimos uiros solitos ita dicere: cum maiorum ima-
gines intuerentur uehementissime sibi animum ad uirtutem accendi:
scilicet non caram illam: neque figuram tantam uim in sese habere: sed
memoria gestarum rerum eam flammam egregiis uiris in pectore cre-
scere: neque prius sedari: quam uirtus eorum famam atque gloriam
maiorum adaequauerit. At contra quis est hominum omnium his mo-
ribus: qui non de diuitiis et sumptibus non probitate: neque industria
cum maioribus suis contendat. etiam homines noui: qui antea soliti
erant: per uirtutem nobilitatem anteuenerunt: furtim et per latrocinia po-
tius quam bonis artibus ad imperia et honores nituntur. Proinde qua-
si praetura et consulatus atque omnia alia huiusmodi per se ipsam
clara et magnifica sint. Ac non perinde habentur: ut eorum qui ea su-
stinent: uirtus est. Verum ego liberius altiusque processi: dum me ciui-
tatis morum piget tedetque: nunc ad inceptum redeo.

Ellum scripturus sum: quod .p. r. cum Iugurtha rege Numida-
rum gessit: primum quia magnam et atrox uariaque uictoria fuit.
Deinde quia tunc primum superbiae nobilitatis obuiatum est: quae con-
tentio diuina et humana cuncta permiscuit. Eoque uecordiae processit: ut

studiis ciuilibus atque uastitas Italiae finem faceret: sed priusquam huiusce
modi rei inueniunt expediam pauca supra repetam: quo ad cognoscendum
omnia illustria magis: magisque in aperto sint. Bello punico secundo: quo
dux carthagenensium Hannibal post magnitudinem nominis roma-
ni Italiae opes maximi attriuerat: Masinissa rex Numidarum in amicitia
am receptus a P. Scipione: cui postea Africae agnomine ex uirtute fu-
it: multa et placida rei militaris facinora fecerat: ob quae uictis cartha-
genensibus et capto Siphace: cuius in Africae magnam atque latam im-
perium ualuit. p. r. quascumque urbes et agros manu coeperat: regi dono
dedit. Igitur amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit:
sed imperii uitaeque eius idem finis fuit: deinde Micipsa filius regnum so-
lus obtinuit manastabile et Gulussa fratribus morbo assumptis. Ad
herbalen et Hienusalem ex sese genuit: Iugurthamque Manastabilis fra-
tris sui filium: quem Masinissa: quia ortus ex concubina erat priuatum dereli-
querat eodem cultu: quo liberos suos domi habuit: Qui ubi primum
adoleuit polens uiribus decora fecit: sed multo maxime ingenio ualidus:
non se luxui neque inertiae corrumperem dedit: sed uti mos gentis il-
lius est: equitare: iaculari cursu cum aequalibus certare: et cum omni gloria an-
teiret: omnibus tamen carus esse: ad hoc praerogative temporum uenando age-
re leonem atque alias feras: aut primus ferre: plurimum facere: et minimum
ipse de se loqui: quibus rebus Micipsa tamen in initio laetus fuerat exi-
stimans Iugurthae uirtutem regno suo gloriae fore: tamen postquam ho-
minem adolescentem exacta sua aetate et paruis liberis magis: magisque
crescere intelligit: uehementer eo negotio permotus multa cum ani-
mo suo uolebat. Terrebat eum natura mortalium auida imperii et
praecipua ad explendam animi cupiditatem. Praeterea opportunitas suae
liberorumque aetatis: quae etiam mediocres uiros spe praedae transuersos
agit. Ad hoc custodia Numidarum in Iugurtham accensa: ex quibus si
talem uirum dolis interfecisset: nequa seditio: aut bellum oriretur anxi-
us erat. His difficultatibus circumueniens: ubi uidet neque per uim: neque
insidias opprimi posse hominem tam acceptum popularibus quod erat Iu-
gurtha manu promptus et appetens gloria: militaribus statuit eum
obiectare periculis: et eo modo fortunam tentare. Igitur bello Numantio
Micipsa cum populo roequitum atque peditum auxilium mitteret: sperans
uel ostentando uirtutem: uel hostium saeuicia facile eum occisurum praefecit



numidis: quos in Hispania mittebat: sed ea res longe aliter quam ratus erat euenit: nam iugurtha ut erat in pigro atque acti ingenio ubi naturam. P. Scipionis: qui tum Romanis imperator praeerat: et morem hostium cognouit: multo labore multa que cura. Præterea modestissime parendo et sæpe obuiam eundo periculis in tantam claritudinem breui peruenerat: ut nostris uehementer carus Numantinis maximo terrore esset. Ac sane quod difficillimum in primis est et prælio strenuus erat et bonus consilio. Quorum alterum ex prouidentia timorem: alterum ex audacia temeritatem plerumque afferre solet. Igitur imperator omnes fere res asperas per Iugurtham agere in amicis habere magis: magisque cum in dies amplecti: quippe cuius neque consilium neque inceptum illum frustra erat: huc accedebat munificentia animi et ingenii solertia. Quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat. Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures noui: atque nobiles: quibus diuitiarum bono honestoque potiores erant. Factiosi domi potentes apud socios clari magisque honesti: qui iugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant: si Micipsa rex occidisset: fore uti solus imperium Numidiae potiretur: in ipsa maximam uirtutem Romæ omnia uenali esse: sed postquam Numantia deleta. P. Scipio dimittere auxilia ut ipse reuerti domum decreuit: donatum atque laudatum magnifice pro contione iugurtham in prætorium duxit: ibique secreto monuit ut potius publice quam priuatim amicitiam populi romani coleret. ne aliquibus largiri insueceret. Periculose a paucis enim: quod multorum esset. Si permanere uellet in suis artibus ultero et gloriam et regnum uenturum: sin properantius pergeret suam pecuniam et ipsum præcipitem casurum: sic locutus cum litteris cum quas Micipsæ redderet dimisit: earum sententia hæc erat: iugurthæ tui in bello Numantino longe maxima uirtus fuit. Quam rem certe scio tibi gaudio esse: nobis ob merita sua carus est: ut idem senatui et populo romano sit summa ope nitentur. Tibi quidem pro nostra amicitia gratulor: eni hæc uirum dignum: te atque auctorem suo. Masinissa igitur rex ubi ea que fama acceperat ex litteris imperatoris ita esse cognouit: tum uirtute: tum graui uiri promotus flexit animum suum et iugurtham beneficiis uicem aggressus est: statimque eum adoptauit et testamento pariter cum filiis hæredem instituit: sed ipse paucos post annos morbo atque ætate confectus cum sibi finem uitæ adesse

Micipsa rex
et bonus et affluens

aliqui nobilitas

intelligeret coram amicis et cognatis: itaque Adherbale et Micipsa le filius dicitur huiusmodi uerba cum Iugurtha habuisse.

Arum ego o Iugurtha te amisso patre: sine spe sine opibus in meum regnum accepi: existimans non minus me tibi quam liberis si genuissem ob beneficia earum fore. Neque ea res falsum me habuit: nam ut alia magna et egregia tua omittam: nouisse rediens Numantia: meque regnumque meum gloria honorauisti: tuaque uirtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti: in Hispania nomen familia renouatum est. Postremo quod difficillimum in et mortales est gloria inuidiam uicisti: nunc quoniam mihi natura finem uitæ fecit: per hanc dextram: per regni fidem moneo: obtestorque ut hos qui tibi genere propinqui beneficio meo fratres sunt: caros habeas: neu malis alienos adiungere: quam sanguine coniunctos retinere. Non exercitus: neque thesauri præsidia regni sunt. Verum amici: quos neque armis cogere: neque auro parare queas officio et fide pariuntur. Quis autem amicior: quam frater fratri? Aut quem fidum alienum inuenies: si tuis fueris hostis? a quidem uobis ego regnum trado firmum si boni eritis: si mali imbecillum. Nam concordia parua res crescunt: discordia maxime dilabuntur. Cæterum ante hos te Iugurtha qui ætate et sapientia maiores: ne aliter quid eueniat prouidere decet: nam in omni certamine: qui opulentior est: etiam si accipit iniuriam: tamen quia plus potest facere uidetur: uos autem Adherbale et Hienfal colite obseruate talem hunc uirum. Imitamini uirtutem et enitimini: ne ego meliores liberos sumpsisse: quam genuisse uidear. Ad ea Iugurtha tametsi regem ficta locutum intelligebat: et ipse longe aliter animo agitabat: tamen pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi more regio iusta magnifice fecerant reguli in unum conuenerunt: ut inter se de cunctis negociis disceptarent. Sed Hienfal qui minimus ex illis erat: natura ferox etiam antea ignobilitatem Iugurthæ: quia materno genere impar erat despicens dextra Adherbalem assedit: ne medius ex tribus iugurtha foret: quod apud Numidas honori dicitur. Deinde tamen ut ætati concederet fatigatus a fratre uix in partem alteram traductus est: ibi cum multa de administrando impio disceptaret: iugurtha inter alias res ait:



oportere quinquennii consulta et decreta omnia rescindi. Nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum ^{in animo} ualuisse. Tum idem Hienfal placere respondit: nam ipsum illum tribus proximis annis adoptione in regnum peruenisse: quod uerbum in pectus Iugurthæ altiusq[ue] ^{in regnum} quisque rarus erat descendit: itaque ex eo tēpore ita et metu anxius moliri parare: atque ea modo in animo habere: quibus per dolum Hienfal caperetur. Quæ ubi tardius procedunt: neque lenitur animus ferox. Statuit quouis modo inceptum perficere: pro mo conuētu quem ab regulis factum supra memorauī propter discessionem placuerat diuidi thesauros: sineque imperii singulis constitui: itaque tēpus ad utramque rem decernitur: sed maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli interea in loca propinqua thesauris alius alio concessere: sed Hienfal proficiscitur in oppidum thirmida forte eius utebatur domo quidam proximus licitor Iugurthæ: qui catus acceptusque ei semper fuerat. Quem ille casu ministrum oblatum promissis honorat: impellitque uti tanquam suam domum uisens eat portarum clauēs adulterinas parat: nam uere ad Hienfalem referebantur. Ceterum ubi res postularet se ipsum cum magna uenturum manu. Numida mandata breui perfecit. Atque uti doctus erat nocte Iugurthæ milites introducit: qui postquam in aedēs irrupere: diuersi regem quaerere: dormientes alios: alios occurrentes interficere. Scrutari loca abdita: clausa effringere strepitu et tumultu omnia miscere. Cum interim Hienfal reperitur: occultans se in tugurio mulieris ancilla: quo initio pauidus et ignarus loci profugerat. Numidæ caput eius uti iussit erāt ad Iugurtham referunt. Ceterum fama tanti facinoris per omnem Africam breui diuulgatur. Adherbalem omnesque qui sub Micipsæ imperio fuerant metus inuadit. in duas partes discedunt Numidæ plures Adherbalem sequuntur: sed illum bello meliores: igitur Iugurtha quammaximas potest copias armat: urbes partim ui: alias uoluntate imperio suo adiungit: omni Numidæ parat imperare Adherbal tamen legatos Romam miserat: qui senatum edocerent de exde fratris et suis fortunis: tamen fretus multitudine militum parat. contendere armis. Sed ubi rex ad certamen uenit: uictus ex prælio profugit in prouinciā: ac de hinc Romam tēdit: tū Iugurtha peratis cōsiliis postq[ue] omni Numidia potiebatur: in ocio facinus suum eam animo re

putās timere. r. p. neque aduersus irā eius usquā: nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua spē habere. Itaque paucis diebus cū argento et auro multo legatos Romam mittit. Quis præcipit uti primum ueteres amicos magnis muneribus expleant: deinde nouos exquirant. Postremo quæcūque possent largiendo nec cunctentur parare. Sed ubi Romam legati uenere: et ex præcepto regis hospitibus aliisque quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat magna munera misere. Tanta commutatio incessit: ut ex maxima inuidia in gratiā et fauorem nobilitatis Iugurtha ueniret. Quorum pars spe alii præcio inducti singulos ex senatu ambiendo nittebantur: ne grauius in eum consuleretur. Igitur ubi legati satis confidunt die constituto senatus utrisque datur: tum adherbalem hoc modo locutum accipimus.

Atres conscripti Micipsa pater meus moriens præcepit mihi uti regni Numidæ tantummodo procurationem existimarem meam. Ceterum ius et imperium eius penes uos esse. Simul eniteret domi militiæque quam maximo usui esse. r. p. uos mihi cognatorū: uos affinium loco ducerem. Si ea fecissem in uestra amicitia exercitum diuitias munimenta regni me habiturū. Quæ præcepta patris mei cū agitarem. Iugurtha homo omnium sceleratissimus: quos terra sustinet contempto uestro imperio. Malinissæ me nepotem etiam a stirpe socium atque amicum populi Romani regno fortunisque omnibus expulit: atque ego. P. C. quoniam eo miseriarum eram uenturus: uellem potius ob mea quam ob maiorum meorum beneficia posse me a uobis petere auxilium: ac maxime uellem deberi mihi beneficia a. r. p. quibus utinam non egerem: sed si ea desideranda erant uti debētis uterer. Sed quoniam parum tuta per se ipsa probitas ē: neque in manu mihi fuit Iugurtha qualis foret. Ad uos confugi. P. C. quibus quod mihi miserrimum est: cogor prius oneri quam usui esse. Ceteri reges aut bello uicti in amicitiam recepti sūt a uobis: aut in suis dubiis rebus societatem nostram petiuerunt. Sed familia nostra cum populo Ro. bello Carthaginensi instituit amicitiam: quo tempore magis fides eius quā fortuna petenda erat: Quorū progeniem uos. P. C. nolite pati me nepotem Malinissæ frustra a uobis auxilium petere: sed ad impetrandum nihil causæ haberem præter miserandam fortunā

d



quod paulo ante ego rex genere fama atque copiis potēs nunc de-
formatus erūnis inops alienas opes expecto: tamen erat maiestatis. P. R.
prohibere iniuriā: neque pati cuiusquam regnum p̄ scelus crescere: ue-
rum ego his finibus ciectis sum quos maioribus meis. P. R. dedit: un-
de pater et auus meus una uobiscum expulere siphacem et carthagi-
nenses uestra beneficia mihi crepta sunt. P. C. uos in iniuria mea de-
specti estis: heu miserum me huccine. Micipsa pater beneficia tua cua-
sere: ut quem tu parem cum liberis tuis īgnique participem fecisti his
potissimum stirpis tuæ extinctor sit: nunquam ne ergo familia nostra
quieta erit? in sanguine semper nē ferro fuga uersabitur. Dum car-
thaginenses incolumes fuere: iure omnia saua patiebamur: hostes
a latere: uos amici procul. Spes omnis in armis sita erat. Postquam
illa pestis ex Africa ciecta est: lati pacem agitabamus quibus quippe
quis nullus hostis erat nisi forte quem uos iussissetis. Ecce autem ex
improviso Iugurtha intolleranda audacia scelere: atque superbia sese
effrensus fratre meo atque eodem propinquo suo interfecto primum
regnum eius sceleris sui prædam fecit. Post ubi eisdem dolis: nequid
me capere: nihilominus quam uim aut bellum expectantem in impe-
rio uestro: sicut uidetis extorrem patria: domo: inopem et coopertum
miseriis efficit: ut ubi uis tutius quam in meo regno essem: ego sic exi-
stimabam. P. C. uti predicantem audieram patrem meum qui diligen-
ter uestram colerent amicitiam: eos multum laborem suscipere: ceterum
ex omnibus maxime tutos esse. Quod in familia nostra fuit: præ-
stitit: ut in omnibus bellis adesset uobis nos uti per ocium tuti sumus
in manu uestra est. P. C. pater nos duos filios reliquit: tertium Iugur-
tham beneficiis suis ratus est coniunctum fore. Alter eorum necatus
est. Alterius ipse egmanus impias uix effugi. Quid agam: aut quo po-
tissimum infelix accedam? generis præsidia omnia extincta sunt. Pa-
ter uti necesse erat naturæ concessit: fratri quem minime decuit pro-
pinquus per scelus uitam eripuit: affines amicos: propinquos: ceteros
meos: aliū alia clade oppressit: capti a Iugurtha pars in crucē acti:
pars bestiis abiecti sunt. Pauci quibus relicta est aia clausi in tenebris:
cū moerore et luctu morte grauiorem uitam exigunt. Si omnia quæ
aut amisi aut ex necessariis aduersa facta sunt incolūina manerent: ta-
men si quid ex improviso mali accidisset uos implorarem. P. C. qui-

Quid? Subiectio

bus pro magnitudine imperii ius et iniurias omnes curæ esse decet.
Nunc uero exul patria domo solus atque omnium honestarum rerū
egens quo accedam? aut quō appellem? Natiōes ne an reges? Qui om-
nes familiæ nostræ ob uestram amicitiam infesti sūt an quoquam ad-
re licet ubi non maiorum meorum monimenta hostilia plurima sint
an quisquam nostri misereri potest qui aliquando uobis hostis fuit.
Postremo Masinissa nos ita instituit. p. c. ne quem coleremus nisi. p.
r. ne societates neque foedera noua acciperemus: abunde magna præ-
sidia nobis in uestra amicitia fore. Si huic imperio fortuna mutare-
tur una occidendum nobis fore: sed uirtute ac diis uolentibus magni
et oppulenti estis: omnia secunda et obedientia sunt. Quo facilius so-
ciorum iniurias curare licet: tantum illud uereor: ne quos priuata ami-
citia Iugurthæ parum cognita transuersos agat: quos audio ego sum-
ma ope niti ambire fatigare uos singulos nequid de absente Iugur-
thæ incognita causa statuatis: fingere me uerba et fugam simulare
cui licuerit in regno manere. Quod utinam illum cuius impio facino-
re in has miserias proiectus sum eadem hæc simulantem uideam:
et aliquando aut apud uos aut deos immortales rerum humanarum
cura oriatur: ut ille qui nunc sceleribus suis ferox atque præclarus est
omnibus malis excruciatu impietatis in parentem nostrum: fratris
mei necis: mearumque miseriarum graues poenas reddat: iam iam ani-
mo meo carissime frater quanquam tibi immaturo: et unde minime
deciuit uita erepta est: tamen letandum magis quam dolendum ca-
sum tuum puto. Non enim regnum: sed fugam exilium egestatem: et
omnes has quæ me præmunt erumnas cum anima simul amisisti: at
ego infelix in tanta mala præcipitatus ex patrio regno rerum huma-
narum spectaculum præbeo: incertus quid agam. Tuas ne iniurias per-
sequar ipsæ auxiliij egens: an regno consulam? cuius uitæ necisque pote-
stas ex alienis opibus pendet: utinam emori fortunis meis honestus
exitus esset: ne uiuere contemptus uideret: si defessus malis iniuriæ cō-
cessissem. Nunc neque uiuere libet neque mori licet sine dedecore. p.
c. oro uos per liberos atque parentes uestros per maiestatem populi ro-
subuenite misero mihi. Et ite obuiam iniuriæ nolite pati regnū numi-
dix quod uŕum est per scelus per sanguinē familiæ nostræ tabescere:
postq̄ rex finem loquendi fecit: legati Iugurthæ largitione magis q̄
causa freti: paucis respōdēt. Hienfalem ob sauiam suam a numidis

d ii

transit ad abutaciones p̄ quas
adhibetur argumētum distulit

et impatiens dicit in uiginti
et quod delectat

gelo impu

numerus ab omni
et iniurias p̄p̄tione p̄tē



interfectum Adherbalem ultro bellum inferentem: postquam superatus sit: queri quod iniuriam facere nequisset: iugurtham ab senatu petere ne se alium putarent ac numantiae cognitus esset: Ne uerba inimici ante facta sua ponerent: deinde utrique ex curia egrediuntur: senatus statim consulitur Fautores legatorum: praeterea senatus magna pars gratia deprauata Adherbalis dicta contemneret: Iugurthae uirtutem extolere laudibus gratia uoce. Denique omnibus modis pro alieno scelere et flagitio sua quasi pro gloria mittebantur. At contra pauci quibus bonum et equum diuitiis carius erat: subueniendum. Adherbali et Hienfalis mortem esse se uere uindicandam censebant: sed ex omnibus maxime ^{uindicta} Emilius scaurus homo nobilis impiger factiosus uindicta potentiae: honoris: diuitiarum. Caeterum callide uitia sua occultans: his postquam uidit regis largitionem famosam impudentemque ueritus quod in tali re fieri solet: ne polluta licentia inuidiam accederet: animum a consueta libidine continuit. ^{uini} Vicit tantum in senatu pars illa quae uero praecium aut gratiam anteferebat: decretum sit uti decem legati regnum quod micipsa obtinuerat inter Iugurtham et Adherbalem diuiderent. Cuius legationis princeps fuit. L. Opimius homo clarus et tum in senatu potens qui consulibus. G. graccho et M. Fulvio flacco interfectis acerrime uictoriam nobilitatis in plebem exercuerat: cum iugurtha tamen Romae in amicis habuerat tamen accuratissime recepit. Dando et pollicendo multa perfecit uti fame: fidei postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. Reliquos legatos eadem uia aggressus est: plerosque capit: paucis carior fides quam pecunia fuit: in diuisione regni quae pars numidiae mauritaniam attingit agro uirisque opulentior iugurthae traditur: illam alteram specie quam usu potiore quam portuosior et aedificiis magis exornata erat Adherbal possedit. Res postulare uidetur Africae situm paucis exponere: et eas gentes cum quibus nobis bellum aut amicitia fuit attingere. Sed quae loca et nationes ob calorem aut asperitatem inter solitudines minus frequentata sunt. De his haud facile compertum narrauerim. Caetera quam paucissimis absoluam.

Indiuisione orbis terrae plerique in tertia parte africam posuere.

Pauci tantummodo Asiam et Europam esse: sed Africam in Europa. Ea fines habet ab occidente fretum nostri maris et oceani ab ortu solis decliuem latitudinem. **Quem locum Cathabathon inchoat**

*al cathabathmen
al cath. bathmen
al cath. bathmen
al cath. bathmen*

appellant mare seuum importuosum. Ager frugum fertilis bonus pecori: arboribus infecundus: caelo terraque penuria aquarum: genus hominum salubri corpore: uelox patiens laborum plerosque senectus dissoluit: nisi qui ferro: aut bestiis interiere: nam morbus haud saepe quemquam superat: ad hoc malefici generis plurima animalia: sed qui mortales in initio Africam habuerint quique postea accesserint: ^{ad uiam facit} aut quo modo inter se mixti sunt: quaque ab ea fama quae plerosque optinet diuersum est: tamen ut ex libris punicis qui regis Hienfalis dicebantur interpretatum est nobis: utique rem sese habere cultores eius terrae putant quam paucissimis dicam. Caeterum fides eius rei penes auctores erit. Africam in initio habuere getuli et libies asperi icul tique quis cibus erat caro ferua atque humi pabulum uti pecoribus. Hi neque moribus: neque lege: aut imperio cuiusquam regebantur: uagi palantes qua nox coegerat sedes habebant: sed postquam in Hispania hercules sicut acri putant interit: exercitus eius compositus ex uariis gentibus amisso duce: ac passim multis sibi quisque imperium petentibus breui dilabitur: ex eo numero medi per se et armenii nauibus in Africam transfuecti proximos nostro mari locos occupauere. Sed per se intra oceanum magis. Hique alueos nauium inuersos protuguriis habuere. Quia neque materia lignorum in agris: neque ab Hispanis emendia: aut mutandi copia erat Mare magnum et ignara lingua commertia prohibebant. Hi per se paulatim per conubia getulos secum miscuere: et quia saepe tentantes agros alia deinde loca petierant: ^{al partuerant} semetipsos numidas appalluere: caeterum adhuc aedificia numidarum agrestium quae mappalia illi uocant ob longa incuruis lateribus tecta quasi carinae nauium sunt. Medii autem et armenii accessere libies: nam hi propius mare africanum agitabant: getuli magis erant sub sole haud longe ab ardoribus: hique mature oppida habuere: nam freto diuisi ab hispania mutare res inter se instituerant. Nomen earum paulatim libies corrupere barbara lingua mauros pro mediis appellantes. Sed res persarum breui adoleuit: ac postea Numidiae noie propter multitudinem a parentibus digressi: possidere ea loca quae proxime carthaginem numidia appellatur. Deinde ^{al qui in partibus hinc hinc uenerunt: qui loca ipse carthaginis impauerunt} utrique alteris freti: finitimos armis: aut metu sub imperium suum coegere nomen gloriamque sibi addidere magis: hi qui ad nostrum mare processerant: quia libies qui getuli minus bellicosi. **Deinde Africae pars inferior pleraque ac numidis possid**

^{al deniq}
d iii



auxiliis et spem nullam penuria rerum necessarium bellum trahi non posse ex his qui una cirtham profugerant duos maxime impigros de legit: eis multa pollicendo ac miserando casum suum confirmat: uti p hostium munitiones noctu ad proximum mare: deinde Romam pergerent: numidiae paucis diebus iussa efficiunt. Litterae Adherbalis in senatu recitatae sunt: quarum sententia haec fuit.

On mea culpa saepe ad uos oratum mitto. p. c. sed Iugurtha uis subegit: quem tanta libido extinguendi inuasit: ut neque uos: neque deos immortales in animo habeat: sanguinem meum quam oia malit: itaque quintum iam mensem socius et amicus. p. r. armis obsesus teneor: neque micipsae patris mei beneficia: neque uestra decreta auxiliantur: ferro an fame acrius urgear incertus sum: plura de iugurtha scribere dehortatur me fortuna mea etiam ante expertus sum: parum fidei miseris esse: nisi tamen intelligo illum supra quam ego sum petere: neque simul amicitiam uestram et regnum meum sperare: utrum grauius existimet nemini occultum est: nam in initio occidit hienisale fratrem meum. Deinde patrio regno me expulit: quae sane fuerint nostrae iniuria: nihil ad uos. Verum nunc regnum uestrum armis tenet. Me quem uos imperatorem numidiis imposuistis clausum obsidet: legatorum uerba quam fecerit pericula mea declarant: quod reliquum nisi uis uestra: quia moueri possidem ego quidem uelle et haec quae scribo et illa quae antea in senatu questus sum uana forent: potius quam miseria mea fidem uobis faceret: sed quoniam eo natus sum ut iugurthae scelerum ostentatum essem iam non morte: neque eruna: sed tantummodo inimici imperium: et cruciatus corporis depraeor: regno numidiae quod uestrum est uti libet consulite me de manibus eripite ipsi per maiestatem imperii: per amicitiae fide rogo: si ulla apud uos memoria retinet aui mei Masinissae. Huius litteris recitatis fuere: qui africanam exercitum mittendum censerent: quam primum Adherbali subueniendum de iugurtha interim uti consulere: quoniam non paruisset legatis: sed ab iisdem eius fautoribus regis summa ope enixum est: ne tale decretum fieret ita bonum publicum ut in plerisque negociis solet fieri priuata gratia deuietum: legantur tamen in africanam maiores natu nobiles amplis honoribus usi in quis fuit. M. Aemilius Scaurus de quo supra memorauimus consularis: et tum in senatu princeps: hi quod iugurthae inuidia res erat simul et a numidis obsecrati triduo nauem ascendere: deinde breui uicam pulsi: litteras ad iugurtham mittunt: qua

modissime ad prouinciam accedat: sese ad eum ab senatu missos. Ille ubi accepit homines claros quorum auctoritatem romae polleere audierat: contra inceptum suum uenisse: primo commotus metu atque libidine diuersus agitabatur. Timebat iram senatus nisi paruisset legatis. Porro animus cupidine caecus ad inceptum scelus rapiebatur. Vicit tamen auido ingenio prauum consilium: igitur exercitu circumdato summa in cirtham irumpere nittitur: maxime sperans deducta manu hostium: aut ui: aut dolis sese casum uictoriae inuenturum: quod ubi secus procedit: neque quod intenderat efficere potest ut prius quam legatos conuenirent Adherbali potiretur. ne amplius morandum scaurum quem plurimum metuebat incenderet: cum paucis equitibus in prouinciam uenit. Ac tamen si senatus uerbis graues minae nunciabantur: quod ab oppugnatione non desisteret: multa tamen oratione consumpta legati frustra discessere: ea postquam cirthae audita sunt: italici quorum uirtute defendebantur moenia confisi deditioe facta propter magnitudinem populi ro. inuiolatos sese fore. Adherbali suadent uti seque et oppidum iugurthae tradat tantum ab eo paciscatur uitam de caeteris senatus curae fore. At ille tamen si omnia potiora fide iugurthae regebatur tamen quia penes eosdem: si aduersaretur cogendi potestas erat: ita uti consulerant italici deditioem facit.

Iugurtha in primis Adherbale excruciatum necat: deinde omnes puberes numidas atque negociatores promiscue uti quisque armatus obuius fuerat: interfecit. Quod postquam cognitum est romae et res in senatu agitari coepit: idem ipsi ministri regis interpellando: ac saepe gratia interdum iurgis trahendo tempus: atrocitatem facti leniebant. Ac nunc Memmius tr. pl. designatus uir acer et infestus potentiae nobilitatis populum roma. non edocuisse id agi ut per paucos factiosos scelus iugurthae condonaretur: profecto omnis inuidia prolatandis consulationibus dilapsa foret. Tanta uis pecuniae atque gratiae regis erat: sed ubi senatus delicti conscientia populum timet: lege semproniana prouinciae futuris consulibus numidia atque italia decretae sunt Consules declarati sunt. P. scipio nasica. L. Bestia Calphurnius numidia Calphurnio: scipioni italia obuenit: deinde exercitus qui in africanam portaretur scribitur: stipendium aliaque quae bello ului forent decernuntur. At Iugurtha: contra spem nuntio accepto: quippe cui romae oia uenum ire in animo haeserat: filium et cum eo duos familiares ad senatum legatum



mittit. Hisque uti illis quos Hiēsale interfecto miserat præcepit ut mor-
tales omnes pecunia agrediantur. Qui postq̄ Romam aduentabant
senatus a bestia consultus est placeret ne legatos Iugurthæ recipi moe-
nibus. Hicque decreuere nisi regnū ipsumque deditum uenissent: uti
diebus in proximis decem Italia decederent: consul Numidus ex sena-
tus decreto nunciari iubet. ita infectis rebus illi domum discedunt: ite-
rim Calphurnius parato exercitu legit sibi homines nobiles factiosos
quorum auctoritate quæ deliquisset munita fore sperabat: in quis fuit
Scaurus cuius de natura et habitu supra memorauimus. nam in consu-
le nostro multæ bonæque artes animi et corporis erant: quas ois auari-
tia præpediebat patiens laboris: acti ingenio: satis prouidens: belli aut
ignarus firmissimus contra pericula: et insidias: sed legiones per Italiā
regium atque inde Siciliam: porro ex Sicilia in Africam trāsuectæ sunt.
igitur Calphurnius initio paratis comeatibus acriter Numidā ingressus
est: multosque mortales et urbes aliquot pugnando capit. Sed ubi Iu-
gurthæ pecunia per legatos tētare: bellique quod administrabat aspe-
ritatem ostendere cœpit animus aeger auaritia facile conuersus est: cæ-
terum socius et minister omnium consiliorum assumitur Scaurus qui
tacti a principio plarisque ex factione eius corruptis acerrime regē
ipugnauerat tamen magnitudine pecuniæ a bono honestoque i par-
uum abstractus ē. Sed Iugurthæ priō tantūmō belli morā redimebat
existimās se interī aliquid Romæ præcio aut grā effecturū: postea uero
q̄ p̄cipem negotii Scaurū acceperat: in maximā spem adductus recu-
perandæ pacis: statuit cum eis de oibus pactionibus præsens agere: cæ-
terum interea fidei causa: mittitur a consule Sextus quæstor in oppidū
Iugurthæ uaccam cuius rei spes erat acceptio frumenti: quod Cal-
phurnius palam legatis imperauerat: quoniam deditiois mora indu-
tia agitabantur: igitur res uti cōstituerat in castra uenit: ac pauca præ-
senti consilio locutus de inuidia sui facti: atque uti in deditioem ac-
ciperetur: reliqua cum Bestia et Scauro secreta transegit. Deinde po-
stero die Perfaritā legem sententiis exquisitis in deditioem accipi-
tur: sed uti pro consilio i peratum erat elephantū. xxx. pecus atque æq̄
multi cum non paruo argenti pondere quæstori traduntur. Calphur-
nius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur interea in Numi-
dia et in exercitu nostro pax agitabatur. Postquam autem res in afri-

ca gestas modo quoque actæ forent fama diuulgauit: Romæ per om-
nes locos: et conuentus de facto consulis agitari apud plebem magna
inuidia orta est: patres sollicitati erant probarent ne tantum flagitiū
an decretum consulis subuerterent parum constabat. Ac maxime eos
potentia Scauri quod his auctor et socius Bestiæ ferebatur a uero bo-
noque impediēbat. At C. Memius cuius de libertate ingenii: et odio
potentiæ nobilitatis supradiximus: inter dubitationem: et moras sena-
tus contionibus populum ad uindicandum hortari: monere: ne rēpu-
licæ libertatem suam desererent: multa superba et crudelia facinora no-
bilitatis ostendere: prorsus intentus omnimodo plebis animum accē-
debat: sed quoniam ea tempestate Romæ memini facundia clara po-
lensque fuit: decere existimaui unam ex tam multis orationibus eius
perscribere. Ac potissimum eam dicam quam in contione post redi-
tum Bestiæ huiuscemodi: verbis disseruit.

M Ultra me dehortantur a uobis quiritēs: nisi studium reipu-
blicæ omnia superet: opes factionis uestra patientia ius nul-
lum: ac maxime quod innocentia plus periculi quam hono-
ris est: nam illa quidem piget dicere his annis quindecim quam ludi-
brio fuistis superbiæ paucorum quam fede: quæque multi perierint
defensores uestri: ut uobis animus ab ignauia atque socordia corrup-
tus sit: qui uos nunc quidem obnoxii inimicis nec erugitis: atque etiā
nunc timetis eos quibus uos deceret terrori esse: sed quæquam hæc
talia sunt: tamen obuiam ire factionis potentia animus subigit. Cer-
te ego libertatem quæ mihi a parente meo tradita est experiar. Verū
id frustra an ob rem faciam in uestra manu situm est quiritēs: neque
ego uos hortor quod sæpe maiores uestri fecere uti contra iniurias ar-
mati eratis: nihil ui: nihil secessione opus est: necesse est suomet ipsi
præcipites erant. Occiso Tiberio Graccho quem regnum sibi parare
aiebant in plebem Romanam quæstiones habitæ sūt. Post C. Gracchi
et M. Fuluii cadem: item uestri ordinis multi mortales in carcere ne-
cari sūt. Vtriusque cladis nō lex uerū libido eorū finē fecit: sed sane
fuerit regni reparatio plebi sua iura cōstituere quicquid sine sanguine
cuiū ulcisci neq̄ iure factū sit: superioribus ānis taciti indignabimini

quiritēs: quoniam hostes
in uobis inueniuntur
et plebs sustinet laboribus
uelitatis et periculis honoris

il subigit

more



ararium expilari: reges et populos liberos paucis nobilibus uectigal
pendere penes eosdem et summam gloriam et maximas diuitias esse:
tamen hæc talia facinora impune suscepisse parū habuere. Itaque po-
stremo leges maiestas uestra diuina et humana oīa tradita sunt hosti-
bus: neque eos qui ea fecere pudet hæud pœnitet: sed incedunt per ora
uestra: magnifice sacerdotia et consulatus: pars ostentantes suos triū-
phos perinde quasi honori ea non prædæ habeant: seruire parati in iu-
sta iperia dominorū nō pferunt. Vos quirites in iperio nati a quo aīo
seruitutē toleratis. At qui sunt hi qui rēpu. occupauere: homines sceleratissimi
cruentis manibus: imāni auaritia: nocentissimi: idēque superbissimi: quibus
fides: decus: pietas: postremo honesta: atque inhonesta omnia questui sunt:
pars eorum occidisse tr. pl. alii quæstiones iniustas plarique eadē in uos
fecisse pro munimento habent. Ita quā quisque pessime fecit tā maxime
tutus ē metū a scelere suo ad ignauā uestram transulere: quos omnes eadē
cupere eadē odisse: eadē metuere in unū coegit: sed hæc inter bonos
amicitia: inter malos factio ē. **Quod** si rātum uos libertatis curam
haberetis quā illi ad dominationem accensi sunt: profecto neque respu
sicuti nunc uastaretur: et beneficia uestra penes optimos nō apud
audacissimos forent: maiores uī parandi iuris et maiestatis constituendæ
gratia p secessionem armati: **Auentinum** montē bis occupauere uos
pro libertate quā ab illis accepistis: nōne sūma ope nitimini? atque eo
uehementius quo magis dedecus est pata amittere q̄ oīo non parauisse.
Dicit aliquis: quid ergo censetis? uindicandū in eos qui hosti prodidere
rēpu. non manu neque ui: quod magis uobis fecisse quam illis accidisse
indignum est. Verū questionibus et iudicio eius: iugurtha: qui si deditus
ē profecto iussis uestris obediens erit. Si ea contemnit. s. existimabitis:
qualis illa pax aut deditio sit: ex qua ad iugurtham scelerum impunitas
ad paucos potētes maxime diuitiæ: ad tempu. dāna atque dedecora
peruenerunt nisi forte nōdum etiā uos dominationis eorum facietas
tenet: et illa quam hæc tēpora placent magis: cum regna: prouicia:
leges: iura: iudicia: bella: atque paces: postremo diuina et humana
oīa penes paucos erant. Vos autem hoc est. P. R. inuicti ab hostibus
imperatores omnium gentium satis habebatis animam retinere. Nam
seruitutem quod quis uestrum recusare audebat: Atque ego tamen
uirum flagitiosum existi. nō impune iniuriam accepisse: tamen uos
hominibus

in illis uisus ante q̄
arant in hunc plebs
uoluit: si postea uenerit
ut p. tunc ex p. ut

sceleratissimis ignoscere: quoniā ciues sūt a quo aīo pateret nisi misericordia
in perniciē casura eē. nā et illi quantū oportuitatis habent. Parū est
impune male fecisse: nisi deīde faciendi licentia eripiatur: et uobis
æterna sollicitudo remāebit: cū intelligetis aut seruiendum esse
aut per māus libertatē retinendam. nam fidei quidem aut concordia
quæ sæpē ē: dominari illi uolūt uos liberi eē: facerē illi iniurias uos
prohibere: postremo sociis uestris ueluti hostibus pro sociis utuntur.
Potest ne in tam diuersis mentibus pax aut amicitia esse? **Quare** moneo
hortorque uos ne tantū scelus impunitū amittatis. non peculatus ara-
rii factus est: neque per uim sociis erepta pecūia: quæ q̄q̄ grauiora sint
tamē pro cōsuetudine iā pro nihilo habentur hosti acertio prodita
senatus autoritas proditū imperiū uestrū ē: domi militiaque. P. R. ue-
nalis fuit: quæ nisi quæsitā erūt: nisi uindicatū innoxios: quid erit reli-
quū nisi illis qui ea fecere obediētes uiuamus. nā impune qd̄ libet fa-
cerē id ē regem eē: neque ego uos quirites hortor ut malitis ciues uīos
perperam q̄ recte fecisse. sed ne ignoscendo malis bonos perditū ara-
tis. Ad hoc in republica multum præstat beneficiū immemores eē: bo-
nus tantummodo segnior fit ubi negligas: at malus improbius fit ad
hoc si iniuriæ non sint: hæud sæpe auxiliū egeas.

diffinitio

aliter

Atque alia huiuscemodi sæpe in dicēdo memius popu. ro:
psuadet ut L. Cassius qui tū prætor erat ad Iugurthā mittere-
tur: eumque interposita fide publica: Romā duceret: quo facilius idi-
tio regis scauri et reliquorū quos pecuniæ captæ arcessebat delicta pa-
tesierēt. Dū hæc Romæ gerūtur qui i numidia relictū a Bestia exerci-
tui præerant: secuti morē imperatoris sui plurima et flagitiosissima fa-
cinora facere. fuere qui auro corrupti elephantas iugurtha: traderēt.
Alii per fugas uenderent: pars ex p̄catis prædās agebant. Tanta uis
auaritiæ animos eorū ueluti tabes inuaserat. At Cassius prætor præla-
ta rogatione po. ro. a. C. metuo ac percussa omni nobilitate timore ad
Iugurthā proficiscitur: eique timido et ex conscientia diffidēti rebus
suis persuadet: quo populo romano se dedisset: ne uim quā misericor-
diam experti mallet: priuatim præterea fidem suam interponit: quam
ille non minoris precii quam fidem publicam ducebat. Talis ea tem-
pestate fama de Cassio erat. Igitur iugurtha contra decus regium
quam maxime miserabili cultu cum Cassio Romam uenit. At

c



tametsi in ipso magna uis animi erat confirmatus ab oibus: quorum potentia aut scelere cuncta ea gesserat quae supra diximus. C. tamen Bebius tribunum plebis magna mercede parat. Cuius impudentia contra ius et omnes iniurias foret: at C. memius aduocata cōtione quā quā regi iusta plebs erat: et pars in uincula duci dicebat: pars interfici nisi socios sceleris sui aperiret: more maiorum de honeste supplicium sumi dicebat: dignitati magis quā irae consulēs: sedare motus et animos eorum mollire: postremo confirmare fidem publicam per se inuiolatam fore. Post ubi silentium coepit fieri in populo: producto iugurtha uerba fecit. Romae numidiae facinora eius memorat. scelera in patrem: fratresque ostendit: quibus iuuantibus quibusque ministris ea egerit: quāquam intelligat populus ro. tamen dicitur se uelle manifeste magis ex illo habere: si uera aperiret in fide: et in clamore populi ro. magnam spem illi sitam. Sin reticeat non sociis saluti: sed se suasque fore res corrupturam. Deinde ubi memius dicendi finem facit. et iugurtha respondet iussus est. C. bebius tri. pl. quae pecunia corruptum supra diximus iugurtham regem tacere iubet: ac tametsi multitudo quae in contione aderat: uehementer accensa terrebat eum cum clamore: uultu saepe impetu: atque aliis omnibus quae ita fieri amat. uicit tamen impudentia bebius. Ita populus ludibrio abitus ex contione discessit: iugurthae bestiaeque et ceteris quos illa quaestio exagitabat: animi auersum. Ea erat tempestate romae numida quidam nomine massiua gulusiae filius masinissae nepos: qui quia in discessione regum iugurthae aduersus fuerat dedita Cirtha et Adherbale interfecto profugus ex africa abierat: huic albinus spurius qui proximo anno post bestiam cum quinto munitio iusto consulatum gerebat: persuadet: quoniam ex stirpe masinissae scit iugurtham ob scelera inuidia cum metu urgeat: regnum numidiae ab senatu ut perat. Auidus consul belli gerendi mouere quam senescere omnia malebat. Ipsi numidia prouincia: macedonia municio euenit: quae postquam masiua agitare coepit: neque iugurthae in amicis satis praesidii esse: quia eorum alium conscientia: alium mala fama et timor impediebat bomilcarum proxiō sibi et maxie fido ipse precio sicuti multa comiserat: ut insidiatores mesiae praeparat: ac maxie occulte. sin id parum procedat quouis modo numidam interficiat. Bomilcar mature regis exequitur mandata. et per homines talis negotii artifices itinera

egressusque eius postremo loca atque tempora cuncta explorat. Ac deinde ubi res postulabat: insidias tendit. Igitur unus ex eo numero: qui ad eadem parati erant paulo inconsultius masiuam aggreditur: illumque obtruncat. Sed ipse deprehensus multis hortantibus: et in primis Albino consule inditium profertur. Fit reus magis ex aequo: et bono quam ex iure gentium Bomilcar comes: qui Romam fide publica uenerat. At iugurtha manifestus tanti sceleris non prius omisit contra uerum niti: quam animaduertit super gratiam atque pecuniam suam inuidiam facti sui esse. igitur quam ex amicis in priori pactione quinquaginta uades dederat: regno magis quam uadibus consulens clam dimittit in numidiam bomilcarem: ueritus ne reliquos populares metus inuaderet parendi sibi: si de illo supplicium sumptum foret: et ipse paucis diebus eodem profectus est: iussus a senatu ab italia discedere. Sed postquam roma egressus est: fertur eo saepe tacitus respiciens postremo dixisse urbem uenalem: et mature perituram: si emptorem iuenerit.

Interim albinus in nouato bello comitum stipendium: aliaque quae militibus usui forent: maturat in africanam portare: ac statim ipse profectus est uti ante comitia: quod tempus haud longe aberat: armis aut deditio: aut quouis modo bellum conficeret. At contra iugurtha trahere omnia et alias: deinde alias causas more facere polliceri: deditio: ac deinde metum simulare: cedere instanti: et paulo post: ne sui diffideretur instare. ita belli more: more paucis mora consulem ludificare. ac fuisse qui tum albinum haud ignarum consilii regis existimarent. Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum socordia magis quam dolo crederent. Sed postquam dilapso tempore comitorum dies aduentabat albinus. aulo fratre relicto in castris pro praetore Roma discessit. Ea tempestate romae seditionibus tribunitiis atrociter res publica agitabatur. P. Lucilius et lucinus annius tribuni plebis continuare magistratum resistentibus collegis nitentur. Quae discessio totius anni comitia impediebat. Ea mora in spem adductus aulus: quem praetorem in castris relicto supra diximus: aut conficiendi belli causa: aut terrore exercitus ab rege pecuniae capiunda: milites mense ianuario ex hibernaculis in expeditionem euocat. Magisque itineribus hyeme aspera peruenit ad oppidum subthul: ubi regis thesauri erant: quod quam saeuitia temporis et opportunitate loci neque capi: neque obsideri poterat: nam circum murum situm in praerupti montis extremo margine planities limosa



hyemalibus aquis paludem fecerat: tamen aut simulandi gratia: quo regi formidinem adderet: aut cæcus cupidie ob thesauros oppidi potiundi uineas agere: aggerē iacere: aliaque quæ incepto ului forent præparare. At iugurtha cognita uāitate: atque iperitia legati subdole eius augere dementiam minus sitare supplicantes legatos. Ipse quasi uitabundus per saltuosa loca et tramites exercitum dūctare. Deinde aulū spe pactiois pertulit: uti relicto subthule in abditas regiones sese ueluti cedentē insequeretur. Ita delicta occultiora fuere interea per homines callidos die noctuque exercitum tentabat. centuriones ducesque turmarū parti uti trāsfugerent corrūpere. alii signo dato locū uti desererent: quæ postquā ex sentētia instruit intēpesta nocte: de improviso cū multitudine numidarū auli castra circumuenit. Milites romani tumultu perculsi isolito arma cape: alii sese abdere: pars terribitos cōfirmare. Trepidare oibus locis uis magna hostiū: cælum obscurū nubibus atque nocte periculū āceps. Postreō fugere an manere totius foret incerto erat: sed ex eo numero pauloante corruptos diximus: cohors una ligurū cū duabus turmis: trachū et paucis gregariis militibus transire ad regē: et centurio primipili tertia legionis per munitionē quæ uti defenderet acceperat: locum hostibus introcundi dedit. Eaque numidæ cūcti irrupere. Nostri fuga foeda plerique abiectis armis proximū collē occupauerunt: nox atque præda castrorū hostes quo minus uictoria uterentur remorata sunt. Deinde iugurtha postero die cū aulo in colloquio uerba fecit: tamen se dicens humanarū rerum memorem si secum faceret foedus: pacē incolumes oēs sub iugum missurū præterea uti diebus decē a numidia discederēt. Quæ quāquā grauiā et flagitii plena erant: tamē quia mortis metu mutabantur: sicuti regi libu erat pax euenit. Sed ubi ea Romæ comperta sunt: metus atque mœror ciuitatē inuasere. pars dolere pro gloria imperii: pars insolita bellicarū rerū timere libertati. Aulo oēs infesti: ac maxime qui bello sæpe præclari fuerant: quod armatus cū dedecore potius quā manu salutē quæsiuerat. Ob ea consul albinus ex delicto fratris inuidiā ac deinde periculū timēs: senatū de foede consulēbat. et tamen interim exercitui supplementum scribere: a sociis et nomine latino auxilia arcessere. Denique oibus modis festiā seātus uti par fuerat decernit suo atque populi sine iussu nullū potuisse foedus fieri. Cōsul ipeditus a tri. plæ.

ne quas parauerat sibi copias secū portaret: paucis diebus in africanā proficiscitur. nam oīs exercitus uti conuenerat: numidia deductus in prouincia hyemabat. Postquā eo uentū ē: quāquā persequi iugurthā et mederi fraternæ inuidiæ animus ardebat: cognitis militibus quos præter fugā soluto ipio licētia atque lasciuia corruperat. Ex copia rerum statuit sibi nihil agendum: interim romæ. C. mamilius limentinus tr. pl. rogationem ad populum promulgat: uti quærentur in eos: quorū cōsilio iugurtha senatus decreta neglexisset: quæ ab eo in legationibus aut iperitiis pecunias accepissent: qui elephantos quique per fugas tradidissent. itē qui de pace aut bello cū hostibus pactioes fecissent huic rogationi partim conscii sibi: alii ex partium inuidia pericula metuentes: quoniam apte resistere nō poterant: quoniam illa et alia talia placere sibi faterentur: occulte per aicos: ac maxime per homines latini nominis: et socios italicos impedimenta parabant. sed plæbis incredibile memoratu ē quātūque itēta fuerit: quātūque ui rogationē iusserit et decreuerit et uoluerit: magis odio nobilitatis cui mala illa parabantur quā cura po. ro. tāta libido in partibus erat. Igitur cæteris metu perculsis M. scaurus quæ legatū bestiæ supra docuimus: iter latitiā plæbis et suorū fugā trepida etiā tū ciuitate: cū ex mamillii rogatiōe tres quæsitores rogaretur effecerat. uti ipse in eo nūero crearetur: sed quæstione exercitata aspere uiolēterque ex rūore et libidiē plæbis: ut sæpe nobilitatē: sic ea tēpestate plæbē ex secūdis rebus insolentia caperat. Cæterū mos partiū populariū et senatorū factionū: ac deinde oīum malārū artiū paucis ante ānis ortus ē roma: ocio atque abūdantia earum rerū quæ priā mortale ducunt. nā ante carthaginē deletā populus et senatus ro. placide modesteque iter se. r. p. tractabant. Neque gloriæ: neque dominationis certamē inter ciues erat. metus hostilis in bonis artibus ciuitatē retinebat. Sed ubi illa formido mētibus discessit scilicet ea quæ res secūdæ amant: lasciuia atque superbia incessere. Ita quod i aduersis rēbus optauerāt: ocio postquā adepti sūt asperius: acerbiusque fit. Nāque cœpēt nobilitas suā dignitatē i dominationē. P. libertatē i libidinē uerteret: sibi quæque ducē: trahere: rapei: ita oīa in duas partes abstracta sunt. r. p. quæ media fuerat ē dilacerata. Cæterum nobilitas factiōe magis pollebat. plæbis uis soluta atque dispersa in multitudie minus poterat. paucorū arbitrio belli: domique po. ro. agitabatur pernes eosdē ærariū prouiciæ magistratus gloriæ triūphique erāt. P. mali



ria atque inopia urgebatur. prædas bellicas imperatores cū paucis diripiebāt. Interea parētes aut parui liberi militū: uti quisque potentiori affinis erat: sedibus pellebantur. Ita cū potentia auaritia sine mō modestiaque inuadere: pollucere et uastare oīa nihil pensū neque sancti habere. quo ad semetipsam præcipitauit. nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt: qui uerā gloriā iniustæ potentia anteponeēt: moueri ciuitas et dissēsiō ciuiliū quasi permixtio terræ oriri cæpit. nā postquā Tyberius et C. gracchus: quorū maiores pūico atque aliis bellis multū reip. addiderant: uendicare plæbē in libertatem: et faucorum scelera patefacere cœpere nobilitas noxia atque eo percussa modo per socios ac per nomen latinum interdum per equites. R. quos spes societatis a plæbe dimouerat gracchorū actiōibus obuiā ierat: et priō Tyberii: deinde paucos post annos ingredientē eadē. C. tribunū. Alterum triūuirū coloniis deducēdis cum. M. fuluio flacco ferro necauerat. et sane gracchis cupidie uictoriae haud satis moderatus animus fuerat. Sed bono uinci sanctius ē quam malo more iniuriam uincere. Igitur ea uictoria nobilitatis ex libidie sua usa multos mortales ferro aut fuga extinxit: plus in reliquū sibi timoris quā potentia addidit. Quæ res plarūque magnas ciuitates pessundedit: dum alteri alteros uicē quouis modo et uictos acerbius ulcisci uolunt. Sed de studiis partiū et omnibus ciuitatis moribus: si sigillatim aut pro magnitudine parē differēt tps q̄ res maturius me deleat. Quāobrē ad inceptū redeo.

Ost auli foedus exercitusque nri foedam fugā: metellus et Syllanus consules designati: prouincias inter se partiuerant: Metelloque numidia euenerat: acti uiro et quāquā aduerso patibus populi: fama tamen æquali et inuiolata: his ubi primum magistratus ingressus ē: alia oīa sibi cum collega ratus: ad bellū quod gesturus erat aiū intēdit: igitur diffidēs ueteri exercitui milites scribere: præsidia undique accedere: arma: tela: equos: et cætera instrumenta militiae parā. ad hoc cōmeatū affati denique oīa: q̄ in bello uario et multarū rerū egētī ului eē solēt. cæterū ad ea patrāda sēatus autoritate socii nomēque latinū: et reges ultro auxilia mittēdo: postreō oīs ciuitas summo studio adnitebantur. igitur ex sententia oibus rebus paratis compositisque i numidiā proficiscitur. magna spe ciuū: tū pp boas artes tū maxie qd̄ aduersū diuitias iūctū animū gerebat: et auaritiā magistratū ante id tēpus nra opes cōtusa hostiumque aucta erant. Sed

ubi i africā uenit exercitus ei traditur a spurio albino proconsule iners ibellis: neque periculi neque laboris patiens lingua quā prōptior prædator ex sociis et ipse præda hostium sine iperio et modestia habitus. ita iperatori nouo plus et malis moribus sollicitudinis q̄ ex copia militū auxilii aut bonæ spei accedebat. Statuit tamen metellus: q̄q̄ et æstiuorū tēpus cōmitiorū mora iminuerat: et expectatione cūctus ciuū aios intentos putabat: non prius bellū artigere. quam maiorū disciplina milites laborare coegisset. Nā Albinus Auli fratris exercitusque clade percussus postq̄ de creuerat non egredi prouitia quātū tēporis æstiuorū ipse. io fuit plarūque milites statutis castris hēbat: nisi cū odor aut pabuli egestas locū mutare subegerat. Sed neque more militari uigiliae ducebātur: uti cuique libebat ab signis aberat. lixa premixti cū militibus die noctuque uagabantur: et palātes agros uastare. uillas expugnare: pecoris et mācipiorū prædas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus pro uino auectitio et aliis talibus. Præterea stumētū publice datū uēdere panē i dies mercari: postremo quæcūque dici aut fingi queunt ignauia: luxuria: que probra i illo exercitu fuer et amplius alia. sed i ea difficultate Metellum non minus q̄ in rebus hostilibus magnū et sapientem uirū fuisse cōperio: tāta tēperātia iter ambitionē sauitiāque moderatū. nāque edicto priō ad iumēta ignauia sustulisse dicitur: ne q̄squā in castris panem aut quē aliū coctū cibū uenderet: ne lixa exercitū sequerētur: ne miles gregarius i castris neu in agmine seruum aut iumentum haberet. Cæteris arte modum statuisse. Præterea transuersis itineribus quottidie castra mouere: iuxta hac si hostes adessēt uallo atque fossa castra muni. Vigiliis crebras pōre: et eas ipse cū legatis circumi. Item in agmie in primis modo: mō in postremis sape in medio adesse: ne q̄squā ordine aggredere: ut cum signis frequentes incederent: miles cibum et arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis q̄ uidicando exercitum breui cōfirmavit tempore. Interea iugurtha ubique metellus agebat ex nuntiis accepit: simul de innocentia eius certior roma factus: diffidere suis rebus: ac tum demum ueram deditionem conatus facere est. Igitur legatos ad consulem cum suppliciis mittit. Qui tantummodo ipsi: liberisque uitam peterent: alia omnia dederent populo ro. sed metello iam ante experimentis cognitum erat numidarum genus infidum: i genio mobili: nouatum rerum auidum esse: ita legatos: alium ab alio



digressus aggreditur: ac paulatim retardo: postquam opportunos sibi cognouit multa pollicendo persuadet uti iugurtham maxime uiuam si id parum procederet: necatum sibi traderent. cetera palam quae ex uoluntate foret regi nunciare iubet. Deinde se paucis diebus intecto atque infesto exercitu in numidiam procedit. Vbi contra faciem belli iugurtham hominum plena pecora: cultoresque erant ex opibus et mapalibus praefecti regis obuiam procedebant: parati frumentum dare com meatum portare. Postremo omnia quae imperarentur facere. neque metellus iccirco minus: sed pariter ac si hostes adessent munito agmine incedere late explorare: omnia illa deditiois signa ostentu credere: et insidiis locum tentare. Itaque ipse cum expeditis cohortibus item funditorum et sagittariorum delectam manu apud primos erat. In postremo. **C. Marius** legatus cum equitibus curabat. in utrumque latus auxilios eques tribunis legionum: et praefectis cohortum dispartierat: ut cum his permixti uelites quocumque accederent: equitatus hostium propulsarent. Nam in iugurtha tantus dolus: tantaque peritia locorum et militum erat: absens uel praesens: pacem an bellum gerens perniciosior esset incerto haberetur. Erat haud longe ab eo itinere quo metellus pergebat oppidum numidarum nomine **Vacca** forum rerum uenalium totius regni: et maxime celebratum: ubi et incolere et mercari consueuerant italici generis multi mortales. Huic consul tentandi gratia: et si patebantur opportunitates: loci praesidium imposuit. Praeterea imperauit frumentum: et alia quae usui bello forent comportare ratus id quod res monebat: frequentiam negotiatorum: et com meatum etiam paratis rebus munimento fore. Inter haec negocia iugurtha impensum modo legatos supplices mittere: pacem orare: praeter suam liberorumque uitam omnia metello dedit. Quos uti priores consul illectos ad proditionem domum mittebat regi pacem quam postulabat: neque abnuere: neque polliceri: et inter eas moras promissa legatorum expectare. Iugurtha ubi metelli dicta cum factis comperuit: ac se suis artibus tetari animaduertit. Quippe cui pax uerbis nunciabatur: ceterum re bellum asperrimum erat: urbs maxima alienata: ager hostibus cognitus: animi popularium tentati: coactus rerum necessitudine statuit armis certare. Igitur explorato hostium itinere in spem uictoriae adductus et opportunitate loci: quam maximas potest copias omnium generum parat: ac per tramites occultos exercitum metelli antecuenit

Erat in ea parte numidiae quam ad herbal in diuisione possederat flumen oriens a meridie nomine **muthula**: a quo mons aberat ferme miliarum **xx.** passuum tractu pari uastus ab natura et humano cultu alienatus: sed ex eo medio quasi collis oriebatur in immensum pertingens uestitus oleastro: ac mirtis aliisque generibus arborum: quae humo arida atque arenosa gignuntur. Media autem planities deserta penuria aquae: praeter flumini propinqua loca ea consita arbutis pecore atque cultoribus frequentabantur. igitur in eo colle: quem transuerso itinere porrectum docuimus: iugurtha extenuata suorum acie consedit: elephantis et parti copiarum pedestrium **Bomilcarem** praefecit: eumque edocet quae ageret: ipse propior montem cum omni equitatu et peditibus delectos collocat. Deinde singulas turmas et manipulos circumiens monet atque obtestatur: uti memores pristinae uirtutis et uictoriae: sese regnumque suum ab romanorum avaritia defendant. Cum his certamen fore: quos antea uictos sub iugum miserunt. Ducem illis: non animum mutatum: quae ab imperatore decuerunt omnia suis prouisa: locum superiorem: ut prudentes cum imperitis ne pauciores cum pluribus: aut rudes bello cum melioribus manum confererent: parati perinde: intentique essent signo dato romanos inuadere illum diem: aut omnes labores et uictorias confirmaturum: aut maximarum erumnarum initium fore. Ad hoc uirium uti quemque ob militare facinus pecunia aut honore extulerat: commonefacere beneficii sui: et cum ipsum aliis ostentare. Postremo pro cuiusque ingenio pollicendo: minando: obstantando alium: modo alium excitare. Cum interim metellus ignarus hostium monte digrediens cum exercitu conspicitur. Primo dubius quid nam insolita facies ostenderet. Namque iter uirgulta equi: numidiaeque considerat: neque plane occulta humiditate arborum: et tamen quidnam esset incerti: tum natura loci: tum dolo ipsi atque signa militaria obscurati. Deinde breui cognitum insidiis paulisper agmen constituit. Ibi commutatis ordinibus in dextro latere quod proximam hostibus erat triplicibus subsidiis acie instruxit: inter manipulos funditores et sagittarios dispartit: equitatum omnem in cornibus locat: ac pauca pro tempore milites hortatus: aciem sicuti instruxerat transuersis principiis in planum deducit. Sed ubi numidas quietos: neque a colle digredi animaduertit: ueritus ex animi tem



pore et inopia aquarum: ne siti conficeretur exercitus. Rutilium legatum cum expeditis cohortibus: et cum parte equitum præmisit ad flumē: uti locum castris atecaperet: existimās hostes crebro ipetu et trāuersis præliis iter suum remoratorios: et quoniam armis diffiderent: lassitudinem et sitim militum tentaturos hostes. Deinde ipse pro re atque loco sicuti descenderat monte paulatim procedere. Matium post præcipia habebat. Ipse cū sinistra alæ equitibus esse: qui in agmine principes facti erant. At iugurtha ubi extremum agmen metelli primos suos prætergressū uidet: præsidio quasi duū milium montē occupat peditum qua metellus descenderat: ne forte cedentibus aduersariis receptui: ac post munimento foret. Deinde repente signo dato hostes inuadit. Numidæ alii postreō cedere: pars sinistra ac dextra tentare: infelsi ad eē: atque instare oibus locis romanorum ordines cōturbare. Quorum etiam qui firmioribus animis obuiam hostibus fuerunt ludificati incerto prælio: ipsi modo eminus sauciebātur: neque cōtra feriendi aut conferendi manum copia erat. ante iam docti ab iugurtha equites ubi romanorum turba insequi cōperat nō confertim: neque in unū se recipiebant: alius alio quā maxime diuersi. Ita numero plures si a persequēdo hostes deterere nequiuerant: disiectos a tergo: aut a lateribus circumueniebant. Sin opportunior fugæ collis quam campi fuerat: ea uero consueti numidarum equi facile inter uirgulta euadere. Nostros asperitas et insolentia loci retinebat. Cæterū facies totius negotii uaria erat incerta fœda atque miserabilis: dispersi a suis pascere: alii insequi: neque signa: neque ordines obseruā: ubi quemque periculum cōperat ibi resistere ac propulsare arma: tela: equi: uiri: hostes atque ciues permixti: nihil cōsilio atque imperio agi: fors omnia agere. Itaque multū diei processerat cum etiam euētus incerto erat. Denique omnibus labore et æstu lāguidis. Metellus ubi uidet numidas minus instare: paulatim milites in unum conducit: ordines restituit: et cohortes legionarias quattuor aduersus pedites hostium collocat. Eorum magna pars superioribus locis fessa confederat: simul orare: hortari milites ne deficerent: neu paterentur hostes fugientes uincere: neque illis castra esse: neque ullum munimentum quo cedentes tenderent in armis omnia sita. Sed neque iugurtha quidē interea quietus erat: circumire: hortari: renouare prælium: et ipse cum dele-

ctis tentare omnia: subuenire suis: hostibus dubiis instare: quos firmos cognouerat: eminus pugnando retineret. Eo modo duo imperatores lummi uiri certabant. ipsi pares: cæterum opibus imparibus. Nam metello militum uirtus erat. locus aduersus. Iugurthæ alia omnia præter milites opportuna. Denique romani ubi intelligūt: neque sibi profugium esse: neque ab hoste copiā pugnandi fieri etiā uespererat. Aduerso colle sicuti præceptum fuerat euadunt: amisso loco numidæ fusi fugatique pauci interiire. Plerosque uelocitas: et regio hostibus ignara: tutata sunt. Interea bomilcar quem elephantis et copiarum partis pedestrium præfectum ab iugurtha supra diximus: ubi cum rutilius prætergressus ē: paulatim suos in aquū locū deducit: ac dū legatus ad flumē quo præmissus erat festinans pergīt quietus uti res postulabat: acie instruxit: neque remittit quid explorā ubique hostis ageret. postquā rutilium consedissem iam et aīo uacū accepit. Simulque ex iugurthæ prælio clamorē auget: ueritus ne legatus cognita re laborantibus suis auxilio foret: aciem quā diffidens uirtuti militum arte statuerat: quo hostiū itinere officeret latus portexit. Eoque modo ad rutilii castra procedit. Romani ex iperio pulueris uim magnā aduertunt. nam prospectum ager arbutis cōstrus prohibebat. et primo rati humum aridam uento agitari. Post ubi puluerem æquabilem manere: et sicuti acies mouebantur magis magisque appropinquare uidēt cognita re properantes arma capiunt ac pro castris sicuti iperabatur consistunt. Deinde ubi propius uentum est utrinque magno clamorē concurritur. numidæ tantummodo remorati: dum in elephantis auxiliū putāt. Postquā eos ipeditos ramis arborū: atque ita disiectos circumueniri uident: fugam faciunt: ac plerique abiectis armis: collis ac noctis quæ iā aderat: auxilio integri abeunt. elephantis. iiii. capti: reliqui omnes numero. xxx. interfecti sūt. At romani quāquā itinere atque opere castrorū et prælio fessi lassi erant: tamen quod metellus amplius opinione morabatur: instructi: intentique obuiam procedūt. nam dolus numidarū nihil lāguidi neque remissi patiebatur: ac primo obscura nocte: postquam haud procul iter se erant strepitu: uelut hostes ad uēta alteri apud alteros formidinem simul et tumultum faciūt: et pene imprudētia esset admissū facinus miserabile: ni utrique præmissi



equites rem explorauissent. Igitur pro metu repente gaudium est si
mul exortū. Milites alius alium laeri appellant: acta edocent atque au
diunt: sua quisque fortia facta ad cælum effert. Quippe res humanae
ita se habent in uictoria: uel ignauis licet gloriari: aduersa res etiā bo
nos detrectat. Metellus in iisdem castris quattriduo moratus saucios
cura reficit: meritos in praeliis morae militiæ donat uniuersos in conti
one laudat atque agit gratias. hortatur ad cætera quæ leuia sūt parē
animum ut ipsi gerant pro uictoria satis pugnatum: reliquos labores
prædæ fore. Tamen interim trāsflugas et alios opportunos. Iugurtha
ubi gentium: aut quid ageret cum paucis ne esset: an exercitum hāret:
ut sese uictus gereret: exploratum misit. At ille sese in loca saltuosa:
et natura munita receperat: ubique cogebat exercitum nūero homi
num ampliorē: sed hebetē infirmumque agri et pecoris magis quā belli
cultorem. Id ea gratia cuēiebat: quod præter regios equites nemo oī
um numidarū ex fuga regē sequitur. Quo cuiusque animus fert eo
discedūt: neque id flagitiū militia ducitur: ita se mores habēt. Igitur
Metellus ubi uidet regis etiam tū fetocem animū eē bellum renouari:
quod nisi ex illius libidine geri non posset. Præterea inimicum cer
tamen sibi cum hostibus minore detrimento illos uinci quā suos uin
cere: statuit non praeliis neque in acie: sed alio modo bellum gerēdū.
Itaque in loca numidiæ opulētissima pergit: agros uastat: castella mul
ta et oppida temere munita: aut sine præsidio capit: incenditque: pu
beres interficit. iubet alia oīa militum eē prædam. et formidine multi
mortales romanis dediti sunt obsides. frumentū et alia oīa quæ usui
forent affatim præbita: ubicunque res postulabat præsidium eē ipositū.
Quæ negocia multo magis quā præliū male pugnatū ab suis regē
tertebant. Quippe cui spes oīs in fuga sita erat sequi cogebatur: et quæ
sua loca defendere ne quibat: in aliis locis bellum gerere: tamen ex in
opia quod optimum uidebatur consilium capit exercitum plerūque
in iisdē locis operiri iubet ipse cum delectis equitibus Metellum seq
tur nocturnis auis que itineribus ignoratus romanos palantes repē
te aggreditur: eorū plerique iermes cadūt. multi capiūtur: nēo oīum
itactus profugit: et nūida prius quā romāis subuēiretur: sicuti iussi erāt
i proxios colles discedūt. Interi Romæ gaudiū ingēs eē ortū cognitū

Metelli rebus: ut seque exercitū more maiorū gereret: ut in aduerso
colle uictor tamen uirtute fuisset: hostiū agro potiretur: iugurtham
magnificū ex auli socordia spē salutis in solitudine aut fuga coegis
set habē. Itaque scatus ob ea feliciter acta diis immortalibus supplicia
decernere. Ciuitas trepida et sollicita antea de belli aduentu læticiam
agere. De metello fama præclari eē. Igitur eo intentior metellus ad
uictoriam nitēbatur oibus modis festinare: cauere tamen nec ubi ho
sti opportunas fieret meminisse post gloriam inuidiam sequi: ita quo
clarior: eo magis anxius erat. neque post insidias iugurthæ effuso exer
citu prædari: ubi frumento aut pabulo opus erat: cohortes cum oī eq
tatu præsidium agebant. Exercitus partē ipse: reliquos marius ducebat
sed igne magis quā præda ager uastabatur: duobus locis haud longe i
ter se castra faciebant. Vbi ui opus erat cuncti aderant. cæterū quo fu
ga atque formido latius cresceret diuersi agebant. Eo tēpore per colles
iugurtha sequi tēpus aut locum pugnae quarere: qua uenturum ho
stem audierat: pabulū et aquarū fontes: quorū penuria erat corrupē
modo se metello: modo mario ostendē: postremos in agmine tenta
re: ac statim in colles regredi. Rursus aliis post aliis minitari: neque præ
lium facere: neque ocium pati. Tātūmodo hostē ab incepto retiere ro
manus imperator ubi se dolis fatigari uidet: neque ab hoste copiam pu
gnandi fieri: urbē magnā: et in ea parte qua sita erat arcē regni noie Za
mā statuit oppugnari: ratus id quod negociū poscebat: iugurthā labo
ratibus suis auxilio uenturū: ibique præliū fore. At ille quæ parabatur
a perfugis edoctus magnis itineribus metellum atueuit. oppidanos
hortatur: moenia defendāt additis auxilio perfugis: quod genus ex co
piis regis: quod fallere nequebat firmissimū erat. Præterea pollicetur i tpe
semet cū exercitu affore. Ita cōpositis rebus in loca quammaxime oc
cultā discedit: et paulo post cognouit marium ex itinere ob frumentū
cum paucis cohortibus siccam missum: quod oppidum primum om
nium post malam pugnam ab rege defecerat. Eo cum delectis: equi
tibus noctu pergit: et iam egrediētibus romanis in porta pugnam fa
cit. Simul magna uoce siccescens hortatur ut cohortes a tergo circū
ueniant: fortunam illis præclari facinoris casum dare: si id fecerint:
postea sese in regno illos i libertate sine metu atatem agerē: ac ni mari

f



us signa inferre atque euadere properauisset. ex oppido profecto cū
ēti aut magna pars siccentium fidem mutauissent. Tanta mutabilita
te sese numidæ agunt. Sed milites iugurthini paulisper a rege susten
tati postquam maiore in hostes urgent paucis amissis profugi disce
dūt: marius ad Zamā petuēt: id oppidū in cāpo sitū magis ope q̄ na
tura munitū erat nullius idoneæ rei egēs: armis uirisque opulētū. igit
tur metellus pro tpe atque loco paratis rebus cuncta mœnia exercitu
circūuēit. Legatis imperat ubi q̄sque curaret. Denique signo dato un
dique simul clāor igēs oritur. neque ea res nūidas terret: isēsi itēti que
sine tumultu manēt: praliū incipitur. romāi pro ingēio: q̄sque ps glā
de eminus aut lapidibus pugnaī: alii succedere: ac murū et mō suffo
dere: mō scalis aggredi: cupere praliū in manibus fieri. Contra ea op
pidani in proximos saxa uoluerē: sudēs: pila: præterea picē sulphur et
theda mixtā ardētī mittere. Sed neque illo quidē qui procul manserāt:
timor animi satis mūuerat. nā plerosque iacula tormētis aut ma
nu emissa uulnerabāt. Parique periculo sed fama impari: boni atque
ignauī erāt. Dum apud Zamam sic certatur. iugurtha ex improuiso
castra hostium cum magna māu inuadit: remissis q̄ in præsidio erāt:
et oīa magis q̄ praliū expectātibus portam irrupit. At nostri repenti
no metu percussī: sibi q̄sque pro moribus cōsulūt: alii fugerēt: alii arma
capere. magna pars uulnerati aut occisi sunt. Cæterum ex oī multitu
dine non āplius. xl. memores noīs romani grege factō: locum paulo
editiorē capere quā alii: neque inde maxia ui depelli q̄uerāt. Sed ta
la eminus missa remitteī. pauci ī pluribus minus frustrati: si numidæ
propius accessissent. ibi uero uirtutē ostēdere: et eos maxima ui cederē
fundere atque fugare. interi metellus cū acerrime rem gereret: clamo
rē uel tumultū hostilē a tergo accepit. Deinde cōuerso equo aiaduer
tit fugā aduersū se fieri: quæ res idicabat populares suos eē. igitur eq̄
ratū oēm ad castra prope misit: ac statī. G. mariū cū cohortibus socio
rū: eūque lachrymās per aicitā: p̄que rēp. obsecrat ne quā cōtūeliam
rēanerē ī exercitu uictoria: neue hostes multos abī sinat. ille breui mā
data efficit. at iugurtha munimēto castrorū ipeditus cū alii sup ual
lū præcipitarētur: alii ī āgustis ipsi sibi properātes officerent multis
amissis in loca munita sese recipit. metellus infecto negocio postquā

nox aderat in castra cum exercitu reuertitur. Igitur postero die prius
quam ad oppugnandum egrederetur: equitatum omnem in ea parte
qua regis aduentus erat pro castris agitare iubet. portas et proxia lo
ca tribunis dispertit. deinde ipse pergit ad Zamam oppidum: atque
uti superiori die murum aggreditur. Interim iugurtha ex occulto re
pente nostros inuadit qui in proximo locati fuerant. paulisper territi
perturbantur. reliqui uero cito subueniunt. Neque numidæ diutius q̄
uissent resistere: ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem
in congressu facerent: quibus illi freti non uti equestri prælio solet fi
eri: sequi: deinde cedere: sed aduersi concurrere: implicarē: ac perturba
re aciem. Ita cū expeditis peditibus suis hostes pene uictos dāt. Eodē
temporē apud Zamam magna ui certabatur: ubi quisque legatus aut
tribunus curabat eo acerrime niti. neque alius in alio magis quam in
se spem habere. Pariterque oppidani agere: oppugnare aut parare oī
bus locis. auidius alteri: alteros sauciare: q̄ semet tegeī. clāor pmixtus
hortatione: lætitia: gemitu. Item strepitus armorū ad cælum ferri. ta
la utrique uolare. sed illi qui mœnia defensabant: ubi hostes paululū
mō pugna remiserant: intēti prælium equestre prospectabant: eos uti
quæque res iugurthæ erāt: latos modo: modo pauidos aiaduerteres:
ac sicuti audiri a suis aut cerni possent: admonere alii: alii horrari: aut
manu signa facere: aut niti corporibus. et huc et illuc quasi uitabūdi:
aut iacentes tela agitare. Quod ubi mario cognitum est. Nam his in
ea parte curabat. cōsulto lenius agere: ac diffidentia rei simulare. pati
numidas sine tumultu regis præliū uisere. ita illi studio suorum astri
ctis rēpēte magna ui murū aggreditur. et iā scalis aggressi milites pro
pe sūma capāt. tū oppidāi cōcurrūt lapides ignē alia præterea tela ī
gerunt nostri primo resistere. deinde ubi una atque altera scala cō
minuta sunt: qui supersteterant afflicti sunt. Cæteri quoque modo
potuere: pauci itegri magna pars confecti uulneribus abeunt. Deide
ut utrinque præliū nos diremit. Metellus postq̄ uidet frustra icaptū
neque oppidū capi: neque iugurthā niti: nisi ex insidiis aut loco suo
pugna faceī: et æstatē exactā eē: ab Zama discedit. et ī his urbibus: q̄
a rege defecerāt: satisque mūita loco aut mœnibus erāt præsidia ipo
nit. Cæterū exercitū in prouincia quæ proxima ē numidæ hyemādi
gratia collocat. neque id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriæ



concessit. Sed quoniam armis bellum parum procedebat: insidias regi per amicos tendit: et eorum perfidia pro armis uti parat. igitur bo milcatem qui Romae cum iugurtha fuerat. et inde uadibus datis clamens de Masina nece iudicium fugerat: quod ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat: multis pollicitationibus aggreditur ac primo efficit uti ad se colloquendi gratia occultus ueniat. deinde fide data si iugurtham uiuum aut necatum sibi tradidisset fore: ut illi senatus impunitatem et sua omnia concederet: facile numidam persuadet tum ingenio infido: tum metuenti: ne si pax cum romanis fieret ipse per conditiones ad supplicium traderetur. His ubi primum opportunum tempus fuit. iugurtham anxium ac miserantem fortunas suas accedit. Monet atque lachrymans obtestatur: uti aliquando sibi liberisque suis: et genti numidarum optime merenti prouideat. omnibus praeliis sese uictos: agrum uastatum: multos mortales captos occisos: regni opes comminutas esse: satis saepe et uirtutem militum et fortunam tentatam caueat ne illo contante numidam sibi consultet. His atque aliis talibus ad deditionem animum regis impellit. mittuntur ad imperatorem legati qui iugurtham impetrata facturum dicerent: ac sine ulla pacto se se: regnumque suum in illius fidem tradere. Metellus prope cunctos senatorii ordinis ex hybernis accessit iubet. eorum atque aliorum quos idoneos ducebat consilium habet. ita more maiorum ex consilio decreto per legatos iugurthae imperat: pondus argenti ducenta milia elephantos omnes equorum et armorum aliquantum. Quae postquam sine mora facta sunt: iubet omnes perfugas uictos adduci. eorum magna pars uti iustum erat adducti pauci cum primum deditio capit ad regem Bochum in mauritaniam abierat: igitur iugurtha ubi armis uirique et pecunia spoliatus est: dum ipse ad imperandum consilium uocaretur rursus capit flectere animum suum: et ex mala conscientia digna timere. Denique multis diebus per dubitationem consumptis: cum modo tedio rerum aduersarum omnia bello potiora duceret: interdum ipse secum reputaret quam grauis casus in seruitium ex regno foret. multis magisque praesidiis ne quicquam perditis de integro bellum sumit. et iterum Romae senatus de prouinciis consultus numidiam metello decreuerat. Per idem tempus Uticae forte. G. mario per hostias diis supplicanti magna atque

mirabilia portendi aurspex dixerat. Proinde quae animo agitabat: fretus diis ageret: fortunam quam sapissime experiretur: omnia prospere euentura. At illum iam antea consulatus ingens cupido exagitabat: at quem capiendum praeter uetustatem familiae omnia abunde erant. Industria: probitas: militiae magna scientia: animus belli ingens: dormi modicus: libidinis et diuitiarum uictor. Tantummodo gloriae auidus. Sed his natus: et per omnem pueritiam arpinum alitus: ubi primum aetas militiae patiens fuit stipendiis faciendis: non graeca facundia: neque urbanis munditiis sese exercuit. Ita inter artes bonas integrum ingenium breui adoleuit: Ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petiit: plerisque faciem eius ignorantibus facile notus per omnes tribus declaratur. Deinde ab eo magistratu alium post alium sibi peperit. semperque in potestatibus eo modo agitabat: ut ampliore honore quam gerebat dignus haberetur. Tamen bis usque ad id locorum talis uir non audebat petere consulatum. nam postea ambitione praecipuus datus est: etiam tum alios magistratus plerisque consulatum nobilitas: inter se unus alii per manus tradebat. Nouus nemo tam clarus neque tam egregius factus erat: quin indignus illo honore et quasi pollutus haberetur. Igitur ubi Marius aurispicis dicta eodem intendere uidet quo cupido animi hortabatur: ab metello consulatum petendi gratia missionem rogat. Cui quamquam uirtus gloria atque alia optanda bonis superabant: tamen inerat contemptor animus et superbia commune nobilitatis malum. Itaque commotus de insolita re: prius mirari eius consilium: et quasi per amicitiam mone-re: ne tam praua inciperet: ne super fortunam animum gereret: non omnibus cupienda esse debere illi res suas placere. Postremo caueret id petere a populo. quod iure negaretur. Postquam haec atque alia talia dixit: neque animus marii flectitur: respondit ubi primum potuisset per negotia publici. facturum sese quae peteret: ac postea saepe eadem postulanti fertur dixisse: ne festinaret abire satis mature illum cum filio consulatum petiturum. His eo tempore contubernio patris ibidem militabat: annos natus circiter uiginti. Quae res marium tum pro honore quem affectabat: tum circa metellum uehementer accenderat. ita cupidine atque ira: pessimis consultoribus grassari: neque facto ullo: neque dicto abstinere: quod modo ambitiosum foret milites: quibus in hybernis praerant latiore imperio quam ante habere. Apud

f iii



negociatores quorum magna multitudo Vtica erat: criminose et simul magnifice de bello loqui: dimidia pars exercitus sibi si permittetur: paucis diebus iugurtham in cathenis habiturum ab imperatore consulto bellum trahi: quod homo inanis regiae superbiae imperio nimis gauderet. Quae oia illis eo firmiora uidebantur: quod diuturnitate belli res familiares corrumperant: et animo cupienti nihil satis festinatur. Erat praeterea in exercitu nostro numida quidam nomine Cauda: Manastobolis filius: Masinissae nepos: quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat: morbo confectus et ob eam causam mente paululum imminuta. Cui Metellus potenti more regum ut sellam iuxta poneret: item postea custodiae causa turma equitum romanorum utrumque negauerat honorem quod eorum modo foret: quos populus romani reges appellauisset: praesidium quod contumeliosum foret: si equites romani satelliti numidae traderentur. Hunc Marius auxilium aggreditur: atque hortatur: ut contumeliarum in imperatorem cum suo auxilio poenas petat hominem ob morbos animo parum ualido secunda oratione extollit illum regem ingentem uirum: Masinissae nepotem esse: si iugurtha captus aut occisus foret: imperium numidae sine mora habiturum: id adeo mature posse euenire si ipse consul ad id praelium missus foret: itaque et illum: et equites romanos milites: et negociatores: alios ipse praefatosque pacis spe impellit: uti Romam ad suos necessarios asperere in Metellum de bello scribant. Marium imperatorem poscant: sic illi a multis mortalibus honestissima suffragatione consulatus petebatur. Simul ea tempestate plebs nobilitate percussa per legem mamiliam nouos extollebat: ita Mario cum ea procedere: interim iugurtha postquam amissa deditione bellum incipit: cum magna cura parare omnia: festinare exercitum cogere: ciuitates quae a se defecerant formidine: aut ostentando praemia affectare: circumuenire suos locos arma: tela aliaque quae spe paucis amiserat reficere: aut commercari: seruitia romanorum allicere: et eos ipsosque in praesidiis etiam pecunia tentare: prorsus nihil intactum aut quietum pati cuncta agitare: igitur uacenses quo Metellus initio iugurtha pacificante praesidium imposuerat fatigari regis suppliciiis: neque antea sua uoluntate alienati: principes ciuitatis inter se coniurant. Nam uulgus uti plerumque solet et maxime numidarum ingenio mobili: seditiosum atque discordiosum erat: cupidum nouarum rerum quieti et ocio aduersum: deinde compositis inter se rebus in die tertium constituunt.

quod his festus celebratusque per omnem africanam: ludum et lasciuia magis quam formidine ostendebat: sed ubi tempus fuit centuriones tribunosque milites et ipsum praefectum oppidi Titum Turpilium Syllanum alius alium domos suas inuitant eos omnes praeter Turpilium inter epulas obtuncant postea milites palantes inermes: quippe in tali die et sine imperio agrediuntur: idem plebs facit pars edocti a nobilitate: alii studio alium rerum incitati: quos acta consiliumque ignorantibus tumultus ipse et res nouae satis placebant: romani milites percussi improviso metu incerti: ignarique quod potissimum facerent trepidant capere: ad arcem oppidi ubi signa et scuta erant praesidium hostium: portae ante clausae fugam prohibebant. ad hoc mulieres puerique pro tectis edificiorum saxa et alia quae locus praebat certati mittere: ita neque caueri anceps malum neque a fortissimis infirmissimo generi resisti posse: iuxta boni malique streui et ibelles multi obtuncati sunt. in ea tanta asperitate sciuillimis numidis et oppido undique clauso Turpilius praefectus unus ex oibus italicis profugit inactus: id misericordia ne hospitis an pactio: an casu ita eueniret parum comperimus. Nisi quod illi in tanto malo turpis uita integra fama potior fuit improbus inestabilisque uidetur. Metellus postquam de rebus uacens actis comperit paulisper maestus et conspectu abiit. Deinde ubi ira et egritudo permixta sunt: cum maxima cura ultimum ire iniurias festinat. Legionem cum qua huc ueniant: et quam plurimos potest numidas equites: pariter cum occasu solis expeditos educit: et postera die circiter horam tertiam peruenit in quamdam planiciem: locis paulo superioribus circumuentam: ibi milites fessos itineris magnitudine: etiam abnuentes omnia docet oppidum Vaccam non amplius mille passuum abesse: decere reliquum laborem aequo animo pati: dum pro ciuibus suis uiris fortissimis atque miseris poenas caperent: praeterea praedam benigne ostentat: sic animis eorum arrectis equites in primo latere pedites quam arctissima ire et signa occultare iubet. Vacenses ubi animaduertere ad se uersum exercitum pergere primo uti erat: Metellum esse rati: portas clausere. Deinde ubi neque uastori agros: et eos qui primi aderant numidas equites uident: rursus iugurtham arbitrati: cum magno gaudio obuii procedant. Equites peditesque repente signo dato: alii uulgum effusum oppido cadere: alii ad portas festinare: pars turre capere.

Ira atque praedae spes amplius quam lascitudo posse. Ira Vacenses biduum modo ex perfidia latati. Ciuitas magna atque



opulenta cuncta præde: aut pene fuit. Turpilius quæ præfectū oppidi unū ex oibus profugisse supra ostēdimus: iussus a metello cām diceē postq̄ sese parū expurgat cōdēnatus uerberatusque capite pœnas dedit: nā his ciuis excollatio erat: p̄ idē tēpus Bomilcar: cuius impulsu Iugurtha deditionē q̄ metu deseruit inceperat: suspectus regi et ipse cū suscipiēs: nouas res cupere: ad p̄niciē eius dolū quærere: die noctuque fatigare aiū: denique oīa tentādo sociū sibi adiungit. Nadalsam hominē nobilē: magnis opibus clarū: acceptūque popularibus suis: qui plerūque scorū ab rege exercitū ductare: et oēs res exeq̄ solitus erat: quæ iugurthæ fessio aut maioribus astricto supauerāt: ex quo illi gloria opesque iuentæ. Igitur utriusque cōsilio dies insidii statuitur. Cætera uti res posceret ex tempore parati placuit. Nadalsa ad exercitum profectus quæ inter hyberna romanorū iussus habuerat: ne ager multis hostibus uastaretur: his postq̄ magnitudine facinoris percussus: ad tempus non uenit: et metus rem impediēbat. Bomilcar simul cupidus incepta patrandi: et timore socii anxius: ne omisso uenti consilio nouum quæreret litteras ad eum per homines fideles mittit in quibus molitiam sordidamque uiri accusare testari deos per quos iurasset monere ne præmia Metelli in pestem conuerteret: iugurthæ exitum adesse: cæterum sua ne an Metelli uirtute periret: id modo agitari: proinde reputaret cum animo suo præmia an cruciatum mallet: sed cū hæ litteræ allatæ fuere: forte Nadalsa exercitato corpore fessus i lecto que scēbat: ubi cognitis Bomilcaris uerbis: primo cura: deinde uti agrū animum solet somnus coepit: erat ei numida quidam negociorū familiarium curator: fidus acceptusque: et oīum consiliorum nisi huius nouissimi particeps: qui postq̄ allatas litteras audiuit. et ex consuetudine ratus opera sua: aut ingenio suo opus esse: in tabernaculum introiit. Dormiente illo epistolam super caput in puluino temere positam sumit ac perlegit. Deinde prope cognitis insidiis ad regem pergit Nadalsa paulopost experrectus: ubi neque epistolam repperit: et rem omnem uti acta erat ex perfugis cognouit primo indicem perse qui conatus est: postquam id frustra fuit: iugurtham placandi gratia accedit dicitque ipse paruisset perfidia clientis sui facere prauentia: la chrymans obtestatur per amicitiam perque sua aīe fideliter acta: ne super tali re suspectum sese haberet. Ad ea rex aliter atque animo gerebat placide r̄spondit Bomilcare aliisque multis quos socios insidiarū

cognouerat interfectis irā oppresserat: nequa seditio aut bellum ex eo negocio oriretur. neque post id negociorū iugurthæ dies aut nox ulla quieta fuit: neque loco: neque mortali cuiquā aut tēpori satis credere. Ciues hostes iuxta metuere: circumspectar omnia et omni strepitu pauescere: alio loco sæpe cōtra decus regium noctu requiescer̄. Interdum summo excitus arreptis armis tumultum facere. Ita formidine quali uecordia exagitari. Ita metellus ubi de casu Bomilcaris et indicio patefacto ex perfugis cognouit: rursus tanquam ad integrū bellū cuncta parat: festinatque. marium fatigantem de profectioe simul et inuitū et offensum: sibi parū idoneum ratus domum dimittit. Et Romæ plæbs litteris quæ de metello ac mario missæ erant cognitis: uolenti aīo de ambobus acceperāt. Imperatori nobilitas: quæ ante de cori fuit inuidiæ eē. At illi alteri generis humilitas fauorē addiderat. Cæterū in utroque magis studia partiū quam mala aut bōa sua moderantur. Præterea seditiosi magistratus uulgus exagitar̄. metellum omnibus contionibus captis accessere. marii uirtutē in maius celebrare. Denique plæbs sic ē accēsa: uti opifices: agrestesque omnes: quorū res fidelesque in manibus sitæ erant: relictis operibus frequentabāt mariū: et ut sua necessaria post illius honorem dicerent. Ita percussa nobilitate. Post multas tēpestates nouo homini consulatus mandatur: et postea populus tribuno plæbis lucio mallio mantino rogatus quæ uellet cum iugurtha bellū gerere: frequens populus marium iussit. Sed senatus pauloante metello numidiam prouinciam decreuerat. ea res frustra fuit. Eodem tēpore iugurtha amissis amicis: quorū plærosque ipse necauerat. Cæteri formidine percussi: pars ad romanos: alii ad regem Bochum profugerant: cū neque bellū geri sine ministris posset et nouorum fidem in tanta perfidia ueterum experiri periculōsū duceret. uagus incertusque agitabatur: neque illis res: neque ullū piculū neque consiliū: aut quisquam hominum satis placebat. Itinera præfectosque in dies mutare: modo aduersū hostes: interdū in solitudines pergere: sæpe in fuga: et paulopost spem in armis habere: dubitar̄ uirtuti popularium an fidei minus crederet. Ita quocūque intēderat res aduersæ erant. Sed inter eas moras repente sese metellus cū exercitu ostendit numida ab iugurtha parati pro tēpore: instructique. deinde præliū incipitur. quia in parte rex pugnæ affuit ibi aliquantulum certatum ē. Cæteri omnes eius milites primo congressu pulsū fugatique



sunt. Romani signorum et armorum: et aliquanto numero hostium paucorum potiti sunt. Nam fere numidas in omnibus praeliis magis pedes quam arma tutati sunt. Ea fuga iugurtha impensius modo rebus suis diffidens cum perfugis et parte equitatus in solitudines. Deinde Thalam petuenit: id oppidum magnū atque opulentū: ubi plerique thesauri filiorumque eius multus cultus erat. Quae postquam metello cōperta sunt: quāquē inter Thalam flumenque proximo in spacio miliū .l. loca arida atque uasta esse cognouerat: tamen spe patrandi belli: si eius oppidi potius foret. omnes asperitates superuadere: ac naturam loci etiam uincere aggreditur. igitur omnia iumēta farcinis leuari iubet: nisi frumento dierum .x. Ceterū utres modo: et alia uasa quae idonea aquae portari. Praeterea conquirat ex agris quae plurimum potest domiti pecoris: eoque imponit uasa cuiusque modi: sed pleraque lignea collecta ex tiguris numidarum. At hoc finitimis imperat: qui se post regis fugam metello dederāt: quā plurimum quisque aquae portaret. Deinde locūque ubi praesto fuerit praedicit: ipse ex flumine qua proximam aquam oppido esse supra diximus: iumenta onerat. Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. Deinde ubi ad id loci uentum ē quo numidis praeeperat. et castra posita munitaque sunt: tanta repente caelo missa uis aquae dicitur: ut ea modo exercitui: satisque superque foret praeterea cōmeatus spe amplior: quia numidae: sicut plerique in noua deditione officia intenderant. Ceterū milites religione pluuia magis usi sunt. Eaque res multum animis eorum addidit. nam rati sese diis immortalibus curae esse. Deinde postero die cōtra opinionem iugurthae ad Thalam petueniunt. oppidani qui se locorum asperitate munitos crediderāt. magna atque insolita re percussi: nihilo segnus bellū parare: idem nostri facere. Sed rex nihil infectum metello credens: quippe qui omnia arma: rēla: locos: denique naturam ipsam ceteris imperitantem industria uicerat: cum liberis et magna pecunia ex oppido noctu profugit. Neque postea in ullo loco amplius uno die moratus: aut una nocte simulabat se negotii gratia properare. Ceterū proditiōne timebat quam uitare posse celeritate putabat. nam talia consilia solent per ocium et ex opportunitate capi. At metellus ubi oppidanos praelio intentos: simul oppidum et operibus et loco munitum uidet: uallo fossaque moenia circūuenit. Deinde iubet locis ex copia maxima idoneis uineas agere: superque eas aggerē iacere impositis. et super aggerem

tutibus opes et administratos tutari. Contra haec oppidani festinare parare profus ab utrisque nihil reliquum fieri. denique romani multo ante labore praeliis fatigati: post dies quadraginta quam coeuerat erat: oppido modo potiti. Praeda omnis a perfugis corrupta. Hi postquam murum arietibus feriri. resque suas afflictas uident: aurū atque argētū et alia quae prima dicuntur domū regiam comportant. Ibi uino et epulis grauari: illaque et domum: et semet igni corrumpunt: et quas uicti ab hostibus poenas metuerent: eas ipsi uolentes perpendere: sed pariter cum capta Thala legati ex oppido lepta ad metellum uenerant: orantes ut praesidium praefectumque eomitteret: hamilcarē quendam hominem nobilem factiosum nouis rebus studeat: aduersū quē neque imperia magistratuum: neque leges ualere: nisi id festinaret in summo periculo suam salutem et illorum socios fore. nam leptitani iam antea a principio belli iugurthini ad bestiam consulē. et postea romā miserant amicitiam societatēque rogatum. Deinde ubi ea impetrata sunt semper boni fidelesque mansere: et cuncta a bestia Albino metelloque impetrata grauius fecerant. Itaque ab imperatore facile quae petebant adepti sunt. Emisae sunt eo cohortes ligurum. iiii. et. C. atonius praefectus: id oppidum a sidoniis conditum est: quos accepimus perfugos ob discordias ciuiles nauibus in eos locos uenisse. Sed ceterum: si tū inter duas syrtis: quibus nomen ex re inditum. Nam duo sunt sinus prope in extrema africa impares magnitudine: pari natura: quorum proxima terrae praesalta sunt. Cetera uti fors tulit alia in tempestate uadosa. nam ubi mare magnum esse et fauere uentis coepit: limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt. ita facies locorum cum uentis simul mutatur. Syrtis ab tractu nominatae sunt. Eius ciuitatis lingua modo conuersa connubio numidarum: leges: cultusque pleraque sydonica instituta quae eo facilius retinebant: quod procul ab imperio regis aetatem agebant. Inter illos et frequentem numidiam multi uastique loci erant. Sed quoniam in has regiones per leptitanorum negocia uenimus: non indignum uidetur egregium atque mirabile facinus duorum carthagenensium memorare. Eam rem locus nos admonuit: qua tempestate carthagenenses pleraque africae imperitabant. Cirenenses quoque magni atque opulenti fuere. Ager in medio arenosus una specie. Neque flumen neque mons erat: qui fines eorum discerneret: quae res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit.



Postquam utrinque legiones. item classes saepe fusae fugataeque et alteri alteros aliquantulum attriuerant: ueriti ne mox uictos uictoresque defessos alius aggrediretur. per inducias sponsonem faciunt uti certo die legati domo profiscerentur. Quo in loco inter se obuii fuissent: Is communis utriusque populi finis haberetur. Igitur carthaginienses duo fratres missi quibus nomen Philenes erat: maturauerunt iter pergere: cirenaes tardius iere. id socordia ne an casu acciderit parum cognouit. Ceterum solet in illis locis tempestas: haud secus atque in mari retinere homines. Nam ubi per loca aequalia et nuda gignentium uentus coortus arenam humo excitauit: ea magna ui agitata: ora: oculosque impellere solet. Ita prospectu impedito morari iter. Postquam Cirenaes aliquanto posteriores se esse uident: et ob rem corruptam domi poenas metuant: criminari carthaginienses ante tempus domo digressos: conturbare re. Denique omnia malebant quam uicti abirent. Sed cum poeni aliam conditionem tantummodo aequam quaerent. Cirenaes optionem faciunt carthaginiensium: ut uel illi quos fines populo suo peterent: ibi uiui obruerentur: uel eadem conditione sese quem in locum uellent: processuros dimitterent. Phileni conditione probata: seque uitamque suam per condonauere: ita uiui obruti sunt. Carthaginienses in eo loco philenis fratribus aras consecrauerunt: aliosque illis honores domi instituunt. Nunc ad rem redeo. Iugurtha postquam amissa Thala nihil satis firmum contra metellum parat per magnas solitudines cum paucis profectus peruenit ad getulos: genus hominum ferum incultumque: et eo tempore ignarum nominis romani eorum multitudinem in unum cogit: et paulatim consuefacit ordines habere: signa sequi. imperium obseruare. Item alia militaria facere. Praeterea regis Bochi proximos magnis muneribus et maioribus promissis ad studium sui producit: quis adiutoribus regem aggressus: impellit uti aduersum romanos bellum incipiat. id ea gratia facilius proniusque fuit: quod Bochus initio huiusce belli: legatos Romam miserat: foedus et amicitiam petiuit. Quam rem opportunissimam incepto bello pauci impediuerant. Caei auaritia quis omnia honesta atque inhonesta uendere mos erat. Etiam antea iugurthae filia Bocho nupserat. Verum ea necessitudo apud numidas maurosque leuis ducitur: quod singuli

pro opibus quisque quam plurimas uxores: denas alii: alii plures habent. Sed reges eo amplius: ita animus multitudine distrahitur: nullam pro socia obtinet pariter uiles omnes sunt. Igitur in locum ambobus placitum exercitus conueniunt. ibi fide data et accepta iugurtha Bochi animo oratione accedit romanos iniustos profunda auaritia: communes omnium hostes esse eandem causam illos belli habere cum Bocho quam secum: et cum aliis gentibus: libidine imperitandi. Quis omnia regna aduersa sint: tum sese paulo ante carthaginienses: tum regem Persen: post uti quisque opulentissimus uideatur: ita romanis hostem fore: His atque aliis talibus dictis: ad cirtham oppidum iter constituunt. Quod ibi. Qu. Metellus praedam captiuosque et impedimenta locauerat: ita iugurtha ratus aut capta urbe opere praecium fore: aut si romanus dux auxilio suis uenisset proelio sese certaturos. Nam callidus id modo festinabat Bochi pacem imminuere ne moras agitando aliud quam bellum mallet: imperator postquam de regum societate cognouit non temere: neque uti saepe iam uicto iugurtha consueuerat: omnibus locis pugnandi copiam facit. Ceterum haud procul a cirtha castris munitis reges operitur melius esse ratus cognitis mauris: quoniam his nouus hostis accesserat: ex commodo pugnam facere: interim roma per litteras certior fit: Mario prouinciam numidiam esse datam: nam consulem factum antea acceperat. Quibus rebus supra bonum atque honestum percussus: neque lachrymas tenere: neque moderari linguam uir egregius aliis artibus nimis molliter aegritudinem pati. Quam rem alii in superbiam uertebant: alii bonum ingenium contumeliam accessum esse. Multi quod iam parta uictoria ex manibus eriperetur: nobis satis cognitum est illum magis honore Marii quam iniuria sua excruciatum: neque tam anxie latitatum fuisse: si adeptus prouincia: alii quam Mario traderetur. Igitur eo dolore impeditus: et quia stultitia uidebatur alienam rem suo periculo curare: legatos ad bochum misit: postulatum: ne sine causa hostis populo romano fieret: habere tum magnam copiam societatis amicitiaeque coniungenda: quae potior bello esset. Quamquam opibus suis confideret: tamen non debere incerta pro certis mutare. Omne bellum sumi facile: ceterum asperrime desinere: non in eadem potestate initium eius et finem esse: incipere cuius etiam ignauo licere. Deponi autem cum uictores uelint. Proinde sibi regnoque suo



consulere: neu florentes res suas cū iugurthæ perditis miseret: ad ea rex satis placide uerba facit sese pacem cupere: iugurthæ fortunarum misceri. Si eadem illi copia fieret: omnia cōuentura: rursus imperator contra postulata bochi nuncios mittit: illa probare partim abnuet. Eo modo saepe ab utroque missis remissisque nuntiis tempus procedere: et ex metelli uoluntate bellū intactū trahi. At Marius ut supradixius cupientissima plebe consul factus: postq̄ ei numidiam provinciā populus iussit: antea iam ifestus nobilitati: tum uero multus atque ferox instare singulos modo: modo uniuersos laedere. Dicitare sese cōsularū ex uictis illis spolia suscepisse alia præterea magnifica pro se et illis dolentia. Interim quæ bello opus erant prima habere: postulare legionibus supplementū: auxiliū a populis et regibus sociisque arcesse. Præterea ex latio fortissimū quæque plerosque militia paucos fama cognitos accire: et abiēdo cogere hoies emeritis stipendiis proficisci: neque illi senatus quāq̄ aduersus erat: de ullo negotio negare audebat. Ceterum supplementū et lætus decreuerat: quia neque plebi uolenti militia putabatur. Et Marius: aut belli usū: aut studia uulgi amissurus. Sed ea res frustra sperata tanta libido cū Mario cūdi plerosque iuaserat: sese quisque præda locupletē fore: uictorem domū rediturum: alia huiusmodi animis trahebant: et eos non paululum oratione sua Marius arcebat: nā postquā omnibus quæ postulauerat decretis milites scribere uult hortandi causa simul et nobilitatem uti consueuerat exagritandi contionem populi aduocauit. Deinde hoc modo dissertuit: scio quirites plerosque non iisdem artibus imperiū a uobis petere: et postquā adepti sunt gerere primos industrios: supplices modicos esse. Dehinc per ignauiam et superbiam atatem agere: sed mihi contra ea uidetur: nā quo respublica pluris est quā cōsulatus aut prætura eo maiore cura administrari illam quā hæc peti debere: neque me fallit quātum cum maximo beneficio uestro negotii sustineam. Bellum parare simul et aratio parcere: cogere ad militiam eos: quos nobis offendere domi forisque omnia curare: et ea agere inter inuidos occurrentes: factiosos opinione quirites asperius ē. Ad hæc alii si deliquere uetus nobilitas: maiorū fortia facta cognatorū et affiniū opes multa clientela

omnia præsidio assunt. Mihi opes in memet sitæ quas necesse ē: et uirtute et innocentia tutari: nā alia infirma sunt: et illud intelligo quirites omnia in me conuersa esse: æquos bonosque fauere: quippe beneficia mea. r. p. præcedunt: nobilitatem locum inuadendi me querere. Quo mihi acrius anitendū est: ut neque uos capiamini: et illi frustrati sint. Ita ad hoc ætatis a pueritia fui: ut omnes labores pericula cōsueta habeam: quæ ante uestra beneficia gratuito faciebā: ea uti accepta mercede deferā nō est consiliū quirites. Illis difficile ē in prætibus temperare qui per ambitionem sese probos simulauerunt. Mihi qui oēm ætatem in optimis artibus egi: bene facere iā ex cōsuetudine in naturā uertitur. Bellum me gerere cū iugurtha iussistis: quam rem nobilitas egerrime tulit. Quæso reputate cum animis uestris: num id mutari melius sit: si quem ex illo globo nobilitatis ad hoc negotium: aut uel aliud tale negotium mittatis: hoīem ueteris prosapia: ac multarum imaginū: et nullius stipendii. Sicut in tāta re ignatus oīum trepidet: festinet: sumat aliquem ex populo monitorē sui officii: ita plerūque euenit: ut quæ ipere iussistis is sibi aliū imperatorē querat. Atque ego scio qui postquā cōsules facti sūt: acta maiorū et graecorū militaria præcepta legere ceperunt præposteris hoies. nā gerere quā fieri cōsul tpe posterius re atque usu prius ē. Cōpare nūc quirites cū illorū superbia me hoīem nouū: quæ illi audire et legere solent eorū prætem uidi: alia egomet gessi: quæ illi lris: ea ego didici militando: nūc uos existimate facta: an dicta pluris sint pretii. Cōtēnunt nouitatē meā: ego illorū ignauiam: mihi fortuna: illis probra obiectatur: quæ ego naturā unā et cōem oīum existimo: sed fortissimū quæque generosū esse: ac si iā ex partibus Albini: aut Bestia queri posset me ne an illos ex se gigni maluerit: quid responsuros creditis: nisi sese liberos quæ optios uoluisse: quod si iure me despiciunt faciunt idē maioribus suis quibus uti mihi ex uirtute nobilitas cepit: in uident honori meo: ergo inuideant labori et innocentia: periculis etiā meis quoniam per hæc illum cepi uerum homines corrupti superbia ita atatem agunt quasi uestros honores contēnant ira hos petunt quasi honeste uixerint: ne illi falsi sunt qui diuersissimas res pariter expectant: ignauie uoluptatem et præmia uirtutis: atque et cum apud uos in senatu uerba faciunt præterea oratione suos extolunt: eorum fortia



facta memorando clariores se putant: quod contra est. Nam quanto uita eorum praelarior: tanto eorum socordia flagitiosior. Et profecto ita se res habent. Maiorum gloria posteris lumen est: neque bona: neque mala eorum in occulto patitur. Huiusce rei ego inopiam patior quiritas. Verum id quod multo praelarius est: mea facta mihi dicere licet. Nunc uidete quam iniqui: quod ex aliena uirtute sibi arrogat: id mihi ex mea uirtute non concedunt: scilicet qui imagines non habeo: et quia mihi noua nobilitas est: quam certe peperisse: melius est quam acceptam corrupisse. Equidem ego ignoro: si iam respondere uelint abunde illis facundam: et compositam orationem fore: sed in maximo uestro beneficio: cum omnibus locis me uosque maledictis lacerent: non placuit reticere: ne quis modestiam in conscientiam duceret. nam me equidem ex animi sententia nulla oratio laedere potest: quippe uera necessaria est bene praedicet. Falsa uita moresque mei superent. Sed quoniam uestra consilia accusantur: qui mihi summum honorem et maximum negocium imposuistis: etiam atque etiam reputate: num eorum poenitendum sit. Non possum fidei causa imagines: neque triumphos: aut consulatus maiorum meorum ostentare. At si res postulet hastas uexillum phaleras: alia militaria dona: praeterea cicatrices aduerso corpore. Haec sunt mea: imagines: haec est mea nobilitas non hereditate relicta: ut illa illis. Sed quae ego pluribus laboribus et periculis quaesui. Non sunt composita uerba mea: parum id facio: ipsa se uirtus satis ostendit. illis artificio opus est: ut turpia facta oratione tegant: neque litteras graecas didici: parum eas placebat discere: quippe quae ad uirtutem doctoribus profuerunt nihil. At illa multo optima reipublica: doctus sum hostes ferire: praesidium agitare: nihil metuere nisi turpem famam hyemem et aestatem iuxta pati: humi requiescere eodem tempore inopiam et laborem tolerare. His ergo praecipis miles hortabor: neque illos arte colam: me opulenter: neque gloriam meam laborem illorum faciam. Hoc est utile hoc ciuile imperium: nam cum tu te per molliam agas exercitum supplicio cogere: hoc est dominum non imperatorem esse: haec atque alia talia maiores uestri faciendo seque reque. p. celebrare: quae nobilitas freta ipsa dissimilis moribus nos illorum emulos continet: et

omnes honores non ex merito: sed quasi debitos a uobis repetit. Ceterum homines superbissimi procul erant. Maiores eorum omnia quae licebat illis reliquere. Diuitias: imagines: memoriam sui: praelaram uirtutem non reliquere: neque poterant ea sola: neque datur dono: neque accipitur. Sordidum me et incultis moribus aiunt: quia parum scite conuiuium exorno: neque histionem unum: neque pluris pretii coquam: quam uillicum habeo: quae mihi libet confiteri quiritas: nam a parente meo: et aliis sanctis uiris ita accepi: munditias mulieribus: uiris laborem conuenire: omnibus bonis oportere plus gloriae quam diuitiarum: arma non suppellectilem decori esse. Quin ergo quod iuuat. Quod carum aestimant: id semper facient: ament: potent: ubi adolescentiam habuere: ibi senectutem agant: in conuiuio dediti. Venti et turpissima parti corporis: sudorem: puluerem: et alia talia relinquunt nobis: quibus illa a pulis iucundiora sunt. Verum non est ita. nam ubi se flagitiis decorauere turpissimi uiri: bonorum praemia ereptum eunt: ita iniustissime luxuria et ignauia: pessime artes illis qui coluere eas nihil officunt. r. pu. innoxia cladi sunt: nunc quoniam illis quantum mores mei: non quantum illorum flagitia poscebant respondere: de re publica loquar. Primum omnium de numidia bonum habete animum quiritas. namque usque ad hoc tempus iugurtham quae turata sunt: omnia remouistis: auaritiam: imperitiam: atque superbiam. Deinde exercitus est ibi locorum sciens: sed me hercule magis strenuus quam felix: nam magna pars eius auaritia: aut temeritate ducum attrita est. Quam ob rem uos quibus militaris inest aetas: adnitimini mecum et capescite. r. pu. neque quemquam ex calamitate aliorum: aut imperatorum superbia metus ceperit. Ego met in agmine aut in praelio consultor idem et socius periculi uobiscum adero: me uosque in omnibus rebus iuxta geram. Et profecto diis iuuantibus omnia matura sunt: uictoria: praeda: laus. Quae indubia: aut procul essent: tamen omnes bonos reipublicae subuenire deceret. Etenim ignauia nemo immortalis factus est: neque quisque parens liberis uti aeterni forent: optauit. magis ut boni honestique uitam exigerent. Plura dicerem quiritas: si timidam uirtutem uerba adderent. Nam strenuis abunde dictum puto. Huiusce modi oratione habita. Marius postquam plebis animos arreptos uidet prope comitatu: stipendio: armis: aliisque utilibus naues onerat. Cum his Aulum Mallium legatum proficisci iubet: ipse interea



milites scriber: nō more maiorū: neque ex classibus: sed uti cuiusque li-
bido erat: capite census plerosque. Id factū: alii inopia bonorū: alii per
ambitionem consulis memorabant. Quod ab eo gener celebratus: au-
ctusque erat: et homini potentiam querenti: egentissimus quisque op-
portunissimus: cui neque sua cura quippe quæ nulla sunt: et omnia cū
pretio honesta uidetur. Igitur cū aliquanto maiore numero. Marius
quam decretum erat in africanam profectus: paucis diebus Vricam ad-
uehitur. Exercitus ei traditur a. P. Rutilo legato. nam metellus cōspe-
ctum marii fugerat: ne uideret ea quæ audita animus tolerare neque-
rat. Sed consul expletis legionibus cohortibusque auxiliariis: in agrū
fertilem et præda honestum proficiscitur. Oia ubi capta militibus do-
nat. Deinde castella et oppida natura et uiris parū mūita aggreditur
proelia multa. Cæterum alia leuia aliis locis facere: interim noui hoies
sine metu pugna adeste uidere fugientes capi: aut occidi fortissimum
quemque tutissimum armis libertatem patriam parentesque et om-
nia alia regi: gloriam atque diuitias quærit: sic breui spacio noui uete-
resque coaluere: et uirtus omnium æqualis facta. At reges ubi de ad-
uentu marii cognouerunt: diuersi in locos difficiles abeunt. Ita iugur-
tha placuerat speranti: mox effusos hostes inuadi posse: romanos sicuti
plerosque remoto metu laxius licentiusque futuros. Metellus inte-
rea romam profectus contra spem suam lætissimis animis suscipitur.
Plebi patribusque postq̄ inuidia decesserat iuxta carus. Sed Marius
impigre prudenterque suorū et hostium res pariter attendere: cogno-
scere quid boni utrinque: aut contra esset: explorare itinera regum cō-
silia et insidias anteuenire. Nihil apud se remissum: neque apud illos tu-
tum pati. Itaque getulos et iugurtham ex sociis nostris predam agen-
tes sæpe aggressus itinere fuderat: ipsūque regem haud procul ab op-
pido cirtha armis exuerat. Quæ postquā gloriosa modo facta sūt: ne-
que belli patrandi copiā cognouit: statuit urbes quæ uiris aut loco pro-
hostibus: et aduersū se opportunissime erant singulas circunuenire.
ita ratus: iugurtham: aut præsidii nudatum: si ea pateretur: aut proelio
certaturum. nam Bochas sæpe ad eū miserat nūcios: uelle po. ro. amici-
tiā ne quid a se hostile timeret: id simulauerit ne quo iprouisus graui-
or accederet: an mobilitate igenii pacē atque bellū mutare solitus eēt
parū exploratū ē. Sed consul uti statuerat oppida castellaque munita
adire: prim uis: alia metu: aut præmia ostentando auertere ab hostibus.

Ac primo mediocria gerebat: existimās iugurthā ob suos tutandos in
manus uenturū: sed ubi illū procul abesse et aliis negociis intentū ac-
cepit: maiora et magis aspera aggredi tēpus uisum est. Erat inter ingē-
tes solitudines oppidū magnum et ualens nomine Capsa: cuius cōdi-
tor Hercules libys memorabatur: cuius ciues apud iugurthā imunes.
leui imperio: et ob ea fidelissima habebantur: muniti aduersū hostes
non mœnibus modo et armis atque uiris: uetū etiā multo magis aspe-
ritate locorum. Nam præter oppido loca propiua: alia omnia uasta:
inculta: egentia aqua: infesta a serpētibus: quorū uis sicuti oīum fera-
rum inopia cibi acrior. Ad hoc natura serpentiū pernitiōsa: siti magis
q̄ alia re acceditur. Eius oppidi potiūdi Mariū maxima cupido inua-
ferat: tum propter usum belli: tum quia res aspera uidebatur: et metel-
lus oppidum Thalam magna gloria cœperat: haud dissimiliter situm
munitūque: nisi quod apud Thalam non lōge a mœnibus aliqui fon-
tes erant. Capsenses una modo atque ea intra oppidum iugi aqua: cæ-
tera pluuia utuntur. Id ibique et in oī Africa quæ procul a mari iculti-
us agebat. eo facilius tolerabatur: quia numidiæ plerique lacte et ferā
carne uescebantur: et neque salē: neque irritamenta gula quærebant.
Cibus illis aduersus famē atque siti: nō libidie: neque luxuriæ erat. Igi-
tur cōsul oibus exploratis: credo diis fretus. nā contra tātas difficulta-
tes consilio prouidere non poterat: quippe eēt frumenti inopia teneba-
tur. Quod numidiæ pabulo pecoris magis quā aruo studēt. Et quod
cūque natum fuerat iussu regis in loca munita contulerant. Ager au-
tem aridus: et frugum uacuum ea tempestate: nam æstatis extremum
erat. Tamen pro rei copia satis prouidenter exornat. Pecus omne qd̄
superioribus diebus prædæ fuerat: equitibus auxiliariis agendū attri-
buit. Aulum mallium legatum cum cohortibus ad oppidum laris: ubi
stipendium et comeatum locauerat: ire iubet: dicitque se predabundū
post paucos dies eodem uenturum. Sic incepto suo occultato pergit
ad flumē Tanaim. cæterum in itinere quotidie pecus exercitui p cē-
turias: item p turmas. xxx. duo æqualiter distribuerat: et ex coriis utres
uti fierent curabat: simul et inopiam frumenti lenire: et ignaris oibus
parare quæ mox usui forent. Denique sexto die cum ad flumen uentū
ē: maxima uis utriū ē effecta: ubi castris leui munimēto positus milites
cibū capei: atque uti simul cū occasu solis egrederetur: patos eē iubet.
Oibus sarcinis abiectis aq̄ mō seque et iumēta onera. Deinde postquā



tempus est uisū: castris egreditur. Noctēque totam itinere factō cōse-
dit. Idem proxima facit. Deinde tertia multo ante lucis aduētum per
uenit ad locū tumultuosum longe a Capsa non amplius duū milium
interuallo ibique quā occultissime potest cū omnibus copiis operitur.
Sed ubi dies cōepit: et numidiā nihil hostile metuētes oppido egressi
repente omnem equitatū: et cum his uelocissimos pedites cursu tēde
re ad Capsa: n et portas obsidere iubet. Deinde ipse intentus propere
sequi: neque milites predari sinere. Quā postquā oppidani cognoue-
re res trepide sūt: ingens metus: malum improuisū. Ad hoc pars ciuiū
extra mōenia in hostiū potestate cogere uti deditiōnem facerēt. Cate-
rum opus est incensū: numidiā puberes interfecti sūt: alii oēs sunt ue-
nundati: militibus diuisa prāda. Id facinus contra ius belli: non auari-
tia: neque scelere cōsulis ē admissum: sed quia locus iugurthā oppor-
tunus nobis aditu est difficilis: genus hoīum mobile infidum ante: ne-
que beneficio: neque metu coercitur. Postquam tantam rem peregit
Marius sine ullo suorum incommodo: magnus et clarus ātea: maior
clarior haberi cōepit. Omnia nō bene cōsulta in uirtutem trahebātur.
Milites modesto īperio habiti: simul et locupletes ad calū ferre mari-
um numida magis quam ullum mortalē timere. Postremo omnes so-
cii: atque hostes credere illi: aut mentē diuinam esse: aut decorum nutu
cūcta portēdi. Sed consul ubi ea res bene euenit ad alia oppida pergit
pauca repugnātibz numidiis capit: plura propter capsensū miserias
igni corrūpit: luctu atque cede omnia cōplētur. Denique multis locis
potius: ac plerisque exercitu incruento: aliam rem aggreditur non ea-
dem asperitate qua capsensium: ceterum haud secus difficilem. Nam
que haud longe a flumine Mulucha: qđ iugurthā Bochique regnū
disiūgebat: erat inter ceterā planitiē mons saxcus mediocri castello sa-
tis patens immēsum editus uno perāgusto aditu relicto. Nam per om-
nia natura: uelut opere atque consulto preceps erat: quam locum Ma-
rius quod ibi regis thesauri erant summa ui capere intendit: sed ea res
forte: quā cōsilio melius est gesta. Nam castello uirorum atque armo-
rum satis magna uis et frumenti et fons aqua: aggeribus turribusque
et aliis machinationibus locus importunus. Iter castellanorum angu-
stum admodum utrinque præcisē uineæ cum ingenti periculo frustra
agebantur: nam cum hæ paulo processerant igni aut lapidibus cor-
rūpebantur. Milites neque pro opere consistere: propter iniquitatem

loci: neque inter uineas sine periculo administrare: optimus q̄sque eadē
aut faciari: ceteris metus augeri. At Marius multis diebus et labori-
bus cōsūptis anxius trahere cum aio suo ommitteret: ne inceptū quoniā
frustra erat: an fortunā operiretur: qua saepe prospere usus ē: qua mul-
tos dies noctesque astuās agitaret: forte quidē ligus ex cohortibus au-
xiliariis miles gregarius castris aliquantū egressus: haud procul ab la-
tere castelli quod aduersū proeliātibz erat: aiaduertit inter saxa repē-
tes cocleas: quarū cum unā atque alteram deide plures peteret studio
legendi paulatim prope ad sūmum montis egressus est. Vbi postquā
solitudinē intellexit more ingenii humani cupido ad difficilia faciū-
da aium inuadit. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa:
paululum modo prona: deinde flexa atque aucta ī altitudinē: quo cū-
cta gignentū natura fert: cuius ramis modo: modo eminētibus saxis
nixus ligus castelli planitiē præscribit: quod cuncti numidiā intenti
proeliantibus aderant. Exploratis omnibus quæ mox usui fore duce-
bat. Eodem regreditur non temere uti ascenderat: sed tentans omnia:
et circūspiciens. Itaque mariū propere adiit: acta docet: hortatur ab ea
parte qua descenderat castellū tentet: pollicetur sese itineris periculi-
que ducem. Marius cū ligure promissa eius cognitum ex præfētibus
misit: quorum uti cuiusque ingentium erat: ita rem difficilem: aut faci-
lem renūciauere. Consul tamen animus paululum erectus est: itaque
ex copia tibicinum et cornicinum quique numero uelocissimos pedi-
tes delegit: et cū his præsidio q̄ forent. iiii. centuriones: oēsque liguri
parere iubet: et negocio proximū diē constituit. Sed ubi ex præcepto
tēpus est uisum: paratis cōpositisque oibus ad locum pergit. Ceterum
illi qui et ascensuri erant prædocti ab duce arma ornatūque mutaue-
rant capite atque pedibus nudis: ut prospectus nixisque per saxa foret
facilis. Sup̄ terga gladii et scuta uerū ea numidica ex coriis grā pōde-
ris simul et offensa: quo mius streperēt. Igitur prodiēs ligus: saxa: et si
quæ uetustate radices eminebāt laqueis uiciebat quibus alleuati mili-
tes facilius ascēderēt: interdū timidos īsolētia itineris leuare manu ubi
paulo aspior ascēsus erat: singulos præ se inermes mittere. Deinde ipse
cū aliorū armis sequi: quæ dubia nixui uidebātur potissimus tentare:
ac sapius ascendens eadem et descendens: deinde statim digrediens:
ceteris audaciam addere. Igitur diu multūque fatigati. tandem in ca-
stellum perueniunt: desertum ab ea parte: quod oēs sicut aliis diebus



ad usū hostes aderant. Marius ubi ex nuntiis cognouit quæ ligus egerat: quāq̄ toto die intētos proeliis numidas tētauerat: tū uero cohortatus est: et ipse extra uineas egressus testudine acta succedere: et simul hostem tormētis sagittariisq̄: et funditoribus cæcinus terrere. At numidiæ sepe antea uineis romanorum subuersi: siti et incensis: nō castelli manibus sese tutabantur: sed pro muro dies noctesq̄ agitare: male dicere romanis: ac Mario uecordiam ot iectā. Militibus nostris iugurthæ seruitium minati: secundis rebus feroces eē: interim omnibus romanis: hostibusq̄ proelio intētis: magna ui utrinque pro gloria: atque iperio his: illis pro salute certātibus repente a tergo signa canere. Ac prius mulieres et pueri qui uisū processerāt fugere. Deinde uti quisque muro proxius erat: postremo cūcti armati inermesq̄: qđ ubi accidit: acius romani instare: fundere: ac plerosq̄ tantūmodo fauciare. Deinde super occisorū uadere corpora auidi gloriæ: certātes murū ascendere: neque quēquam omnium præda morari sic forte correpta marii temeritas gloriā ex culpa inuenit. Cæterū dū ea res agitur lucius Sylla quæstor cum magno equitatu in castra uenit. qui uti ex latio: et sociis cogetet exercitum romæ relictus erat: sed quoniam nos tanti uiri res admonuit: idoneum uisum est de natura cultuque eius paucis dicere. Neque enī alio loco de Syllæ rebus dicturi sumus et Lutius si sēna optime diligentissime oīum qui eas res dixere persecutus: parū mihi libero ore locutus uidetur. Igitur Sylla patriciæ gentis nobilis fuit: familia prope iam extincta maiorum ignauia: litteris græcis atque latinis iuste atque doctissime eruditus: aio ingenti: cupidus uoluptatum: sed gloriæ cupidior otio luxurioso: tamen ab negotio nūquā luxuria remorata: nisi quod de uxore potuit honestius cōsuli: facundus ac callidus et amicitia facilis: ad simulāda negocia altitudo ingenii incredibilis multarū rerū: ac maxime pecuniæ largitor: atque illi felicissimo oīum ante ciuilem uictoriā: nūquam super industriā fortuna fuit: multique dubitauerunt: fortior an felicior eēt: nam postea quæ fecerat incertum habeo: pudet an piget differere. Igitur Sylla ut supradictum est: postquā in Africā atque in castra Marii cum equitatu uenit rudis antea et ignarus belli: sollertissimus oīum paucis tempestatibus factus est. Ad hoc milites benigne appellare multis rogantibus: aliis ipse per se dare: beneficia inuitus accipere: sed ea properantius quam æs mutuum reddere: ipse a nullo repetere: magis id laborare: ut illi quam

plurimi deberent: ioca atque seria cū humillimis agere. In operibus in agmine atque in uigiliis multis adesse: neque interim quod pua abiitio solet: consulis: aut cuiusquā boni famā lædere tantūmodo: neque consilio neque manu priorē alium pati plerosq̄ atuenire. Quibus rebus et artibus breui Mario et militibus clarissimus factus est. At Iugurtha postquā oppidū Capsā: aliosq̄ locos munitos et sibi utiles: simul et pecuniā magnā amiserat: ad Bochū nuntios mittit: quā primū in numidiā copias adduceret. Proelium faciendi tēpus adesse. Quem ubi cūctari accepit: dubiū belli atque pacis rōnes trahere: rursus uti antea proxios eius donis corrūpit. Ipsi que Bocho pollicetur numidiæ tertiam partem si aut romani Africa expulsī: aut integris suis finibus: bellum compositum foret eo præmio Bochus illectus cū magna multitudine iugurtham accedit: ita amborū exercitu cōiuncto, Marium in Hyberna proficiscentem uix decima parte diei reliqua iuadūt rati noctem quæ iam aderat: et uictis sibi munimento fore: et si uicissent: nullo impedimento: quod locorum scientes erant. Contra romanis utrūque casū i tenebris difficilē fore: igitur simul consul ex multis de hostium aduentu cognouit: et ipsi hostes aderant: et prius quā exercitus: aut instrui: aut sarcinas colligere. Denique antequā signū: aut imperium ullum accipere quiuisset: equites Mauri atque getuli. Nō acie neque ullo more proelii: sed cateruatim uti fors quosque conglobauerat in nōs concurrunt. Qui omnes trepidi improviso metu: attamen uirtutis memores: aut arma capiebant: aut capientes alios ab hostibus defensabant. Pars equos ascendere: obuiam ire hostibus: pugna latrocinio magis quā proelio similis fieri: sine signis: sine ordinibus equites peditesq̄ permixti cedere: alios obtuncare: multos contra aduersos acerrime pugnantibus ab tergo circūuenire: neque uirtus: neque arma satis te gere: qđ hostes nūero plures et ūdique circūfusi erāt. Denique romani ueteres: nouique et ob ea scientes belli: si quos locus aut casus cōiūxerat: orbis facere. Atque ita ab oibus partibus simul tecti: et instrueti hostiū uim sustentabāt. Neque i eo rā aspero negotio Marius ter ritus: aut magisq̄ antea dimisso aio fuit: sed cum turma sua quā ex fortissimis: magisquā ex familiarissimis parauerat: uagari passim: ac mō laborantibus suis succurrere: modo hostes ubi confertissimi obstiterāt inuadere: manu consulere militibus: quoniā imperare cōturbatis omnibus non poterat. Iamque dies consumptus erat: cum tamen barbari



nihil remittere: atque uti reges præceperant: noctem pro se rati acius i stare. Tum Marius ex copia rerū cōsilia trahit: atque uti suis receptui locus eēt: colles duos inter se propinquos occupat. Quorū i uno castris parū amplo: fons aquæ magnus erat. alter usui oportunus: quæ magna parte edita et præcipiti pauca munimēta quærebat. Cæterū apud aquā Syllā cum equitibus noctē agitari iubet. Ipse dispersos milites paulatim: neque minus hostibus cōturbatis in unū trahit. Deinde in unū cūctos pleno gradu in collē subducit. Ita reges loci difficultate coacti proelio: deterrentur: neque tamē suos longius abire sinunt. Sed utroque colle multitudine circumdato effusi cōsedere. Deinde crebris ignibus factis plerūque noctis barbari more suo latari: exultare: streperē pedibus uocibus: et ipsi duces feroces: quod non fugere: aut pro uictoribus sese agere: sed ea cuncta romanis ex tenebris et editionibus locis facilia uisu magnoque hortamēto erant. Plurimum uero Marius iperitia hostiū confirmatus: quā maximum silentium haberi iubet: nec signa quidem uti per uigilias solebant canere. Deinde ubi lux aduentabat: defessis iā hostibus: ac paulo ante somno captis: de improviso uectigales: item cohortium: turmarum: legiones tubicines simul omnes tuba canere: milites clamorem tollere: aut portis erumpere iubet. Mauri atque getuli ignoto atque horribili sonitu repente exciti: neque fugere: neque arma capere: neque oīno facere aut prouidere quicquid poterant ita cunctos strepitu: clāore nullo subueniente: nris instantibus tumultu terrore: formidine: quasi uecordia acceperat: deique oēs fusi fatigatique arma et signa militaria pleraque capta sūt. pluresque eo proelio quibus superioribus interēpti sunt: nā somno et metu insolito impediti fuga: deinde Marius ut coeperat i hyberna proficiscitur propter comeatū i oppidis maritimis agere decreuerat: neque tamē uictoria locors: aut in solens factus: sed pariter ac in conspectu hostiū quadrato agmine iccedē Sylla cum equitatu apud extremos in sinistra parte Aulus Mallius: cū funditoribus et sagittariis. Præterea cohortes ligurum curabat. Primos et extremos cum expeditis manipulis tribunos locauerat. Perfugim minime cari: et regionum scientissimi: hostium iter explorabant. Simul consul quasi nullo imposito omnia prouideēt: apud omnes adesse laudare: aut increpare merentes. Ipse armatus intentusque: item milites cogebat: neque secus atque iter facere: castra munire: excubium in porta cohortes ex legionibus pro castris equites auxilios mittere

Præterea alios in munimentis super uallum locare: uigilias ipse circūuenire: non tam diffidentia futurorum quæ imperauisset: quam uti militibus exequatus cum imperatore labor uolentibus esset: et sane Marius illoque aliisque tēporibus iugurthini belli pudore magis quā malo exercitum coercebat: quod multi per ambitionem fieri agebant quod a pueritia consuetam duritiem: et alia quæ ceteri miseras uocant uoluptati habuisset: nisi tamen ac. r. p. pariter ac sauisimo iperio bene atque decore gesta sunt. Igitur quarto denique die: haud longe ab oppido Cirtha undique simul speculatores citi sese ostentant. Quare hostis adesse intelligitur. Sed quia diuersi redeūtes alius ab alia parte atque oēs idem significabant: consul incertus quonāmodo acie instrueret: nullo ordine cōmutato: aduersū oia paratus: ibidē operitur. Igitur iugurtham spes frustrata qui copias in quattuor partes distribuerat ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo hostibus uenturos. Interim Sylla quem primum hostes attingerant cohortatus suos: turmatim: et quā maxime confertis equis ipse: alique mauros inuadūt: ceteri i uno loco manentes ab iaculis eminus emissis: corpora tegere: et si qui i manu uenerant obtruncare. Dum eō modo equites præliātur: Bechus cū pedibus quos Volux filius eius adduxerat: neque in priore pugna in itinere morati affuerāt: postremam romanorū aciem inuadunt. Tum Marius apud primos agebat: quod ibi iugurtha cū plurimis erat. Deinde numida cognito bochi aduentu: clā cū paucis ad pedites cōuertit: ibi latine: nā apud numantiā loqui didicerat exclamat nostros frustra pugnare pauloante mariū sua manu interfectum simul gladium sanguine oblitum ostendere: quē i pugna satis impigre occiso pedite nostro cruentauerat. Quod ubi milites acceperat: magis atrocitate rei quā fide nūtiū terrentur: simulque barbari aios tollere: et imperculos acius incedere: iāque paululum a fuga aberant: cum Silla profligatis his quos aduersū ierat rediens mauris ab latere incurrit. Bochus statim auertitur. At iugurtha dum sustentare suos: et prope iam adeptā uictoriam retinere cupit: ab equitibus circumuentus dextra sinistra omnibus occisis: solus inter tela hostium uitabundus euipit. Atque interim Marius fugatis equitibus: occurrit auxilio suis quos pelli iā acceperat. Denique hostes iam undique fusi sunt: tum spectaculum horribile in campis patitibus sequi: fugere: occidi: capi: equi: atque uiri affi-

h



eti: uulneribus acceptis: neque fugere posse: neque quietē pati niti mō
ac statim concidere. Postremo oīa qua uisus erat constrata telis armis
cadaueribus et interea humus infausta sanguine: postea loci consul ha
ud dubie iam uictor peruenit in oppidū cirthā quo initio profectus
intēderat: eo post quintū diem quā iterū barbari male pugauerāt: le
gati a bocho ueniunt: qui regis uerbis ab mario petiuere: duos quā fi
dissimos ad eū mitteret: uelle de suo populi ro. commodo cum his dif
ferere. Ille statim. L. syllam et aulum mallium ire iubet. Qui quāquā
acciti ibant: tamen placuit uerba ad regem facere: ingenium aut uti ad
uersum flecterent: aut cupidum pacis uehemētius accenderet. Itaque
sylla cuius facundia non atati a mallio concessum ē: uerba pauca hu
iuscemodi est locutus. Rex Boche magna nobis est leticia: cū te talem
uirum dii mōuere: ut aliquando: pacē quam bellum malles neu te op
timum cum pessimo oīum iugurtha miscendo commaculares: simul
nobis demeres acerbam necessitudinem: pariter te errantem: et illū sce
leratissimū persequi ad hoc populo ro. iā a principio inopi. melius ui
sum amicos quā seruos quaterere: tutiusque rati uolētibus quā coactis
imperitare. Tibi nulla opportunior amicitia nostra primū quod pro
cul absumus in quo offense minimū est gratia par ac si prope adesse
mus: deinde quod parētes abunde habemus amicorum: neque nobis:
neque cuiquā hoīum satis fuit: atque hic utinā tibi a principio placu
isset profecto ex populo ro. ad hoc tēpus multa plura bona accepisses
quā mala ppeffus esses: sed quoniā humanarū rerū plerāque fortuna
genit: cui. s. cōplacuit uim et grām te experiri nūc quoniā per illā licet:
festina atque uti coepisti perge. Multa opportuna habes quo facilius
errata officii superes. Postremo hęc in pectus tuū dimitte: nūquā po
pulū ro. beneficiis uictū eē: nā bello q̄ ualeat tu te scis. Ad ea Bochus
placide et benigne simul pauca pro delicto suo uerba facit se non hosti
li aīo: sed ob regnū tutandū arma cepisse. nam numidia ptem unde
iugurthā expulerit iure belli suā factā cā uastari a mario pati nequiuif
set. Præterea missis antea romā legatis repulsum ab amicitia. Ceterū
uetera ommittere ac tum si per marium liceret legatos ad senatū missu
rum: deinde copia facta loquendi aīus barbari ab amicis flexus: quos
iugurtha cognita legatione syllæ et Mallii metuens id quod paraba
tur donis corruerat. Marius interim exercitu in hybernaculis con

posito cum expeditis cohortibus et parte equitatus proficiscitur i loca
sola obfessum turrim regiam quo iugurtha perfugas omnes præfidiū
impoluera: Tum rursus Bochus feliciter seu reputando quæ sibi duo
bus præliis euenerat: seu monitus ab aliis amicis quos incorruptos iu
gurtha reliquerat. Ex omni copia necessariorū quique delegit: quorū
et fides cognita ualidissima erant. Eos ad Marium ac deinde si place
at Romā legatos iubet ire: agendarū rerū: et quocūque modo belli cō
ponendi licentiam ipsis permittit. Illi mature ad hyberna romāorum
proficiscuntur. Deinde a getulis latronibus in itinera circunuenti spoli
atique pauidi sine decore ad syllam profugiunt. Quæ consul i expedi
tionē proficiscens pro prætorē reliquerat eos ille non pro uanis hosti
bus: ut meriti erant: sed accurate et liberaliter habuit. Quare barbari
et famam romanorum auaritia falsam et syllam ob munificentiam in
sele amicum rati: nam etiam tū largito multis ignota erat: mūificus et
nemo putabatur nisi pariter uolens: dona oīa in benignitate habeban
tur. Igitur quæstori mandata Bochi patefaciunt: simul ab eo petunt
uti fautor: consultor que sibi adsit copias: fidem: magnitudinem regni
sui: et alia quæ aut utilia aut beniuolentia esse credebant: oratione ex
tollunt: deinde Sylla oīa pollicito docti quomodo apud Mariū: item
apud senatū uerba facerent: circiter. xl. operiuntur. Marius postq̄ isecto
quo intenderat negotio rediit Cirtham de aduētū legatorū certior fa
ctus est illosque et Syllā ab utica uenire iubet: itē Luciū belligerū præ
torem: præterea oēs undique senatorii ordinis: quibus cum mandata
Bochi cognoscit: in quis legatis potestas Romam eundi fit et ab con
sule interea inducia postulabantur: ea Syllæ et plerisque placere pau
ci ferocius decernunt. s. ignari rerū humanarū: quæ fluxæ et mobiles
semper in aduersa mutantur. Ceterum mauri impetratis oībus rebus
tres romam profecti. cum. Cn. octauo ruffone: qui quæstor stipendiū
in africam portauerat. Duo ad regem redeunt. Ex his Bochus cum cæ
tera: tum maxime benignitatem: et studium Syllæ libens accepit. Ro
mæque legatis eius postq̄ errasse regem et iugurthæ scelere lapsum de
plorati sunt amicitiam et foedus petentibus hoc modo responderet.
Senatus et po. ro. beneficii et iuiuria memor esse solet. Ceterū Bocho
quoniam pœnitet delicti gratiā facit: foedus et amicitia dabuntur. Cū
meruerit. Quibus rebus cognitis Bochus per litteras a Mario petiuit:
ut syllam ad se mitteret. Cuius arbitrato de negotiis comūibus consu



leretur. His missus cū præsidio equitum atque peditum: funditorum: baleatorum. præterea iera: sagitarii: et cohors peligna cum uelitaribus armis: itineris properandi cā: neque his secus atque aliis armis aduersū tela hostium quod ea læuia sunt muniti erant: sed in itinere quito deī- que die Volux filius Bochi repente in campis patentibus cum mille et non amplius equitibus sese ostendit: qui temere et effuse cunctes Sillæ aliisque oibus et numerū ampliorē uero: et hostilē metum efficiebant igitur se quisque expedire arma atque tela tentare: intendere: timor ali quantus: sed spes amplior: quippe uictoribus et aduersum eos quos sa- pe uicerant: interim equites exploratum præmissi rem uti erat quietā nuntiant. Volux adueniens quæstorem appellat: dicitque a patre Bo- cho obuiam illi simul et præsidium missum. Deinde per eum et proxi- mum diē sine metu coniuncti eunt. Postubi castra locata et diei uesp- erat: repente Maurus incerto uultu pauens ad Syllam occurrit: dicit que sibi a speculatoribus cognitū: iugurthā haud procul abesse. Simul uti noctu clam secum profugeret: rogat atque hortatur: ille aīo feroci negat se totiens sulum numidā pertimescere: uirtuti suorū satis crede- re ēt si pestis certa adesset mansurum potius q̄ proditis his quos duce- bat: turpi fuga icerte ac forsitan post paulo iteritura: morbo uita par- ceret. Cæterū ab eodem monitus uti noctu proficiscerentur: cōsiliū approbat ac statim milites cœnatos eē in castris: ignesque creberrimos fieri. Deinde prima uigilia silentio egredi iubet: iāque nocturno itinere fessis oibus Sylla pariter cum ortu solis castra metebatur: cū eq̄tes mau- ri nuntiant iugurthā circiter duum millium interuallo confedis- se an- te eos quod postquam auditum est: tum uero ingens metus nostros in- uadit credere se proditos a Voluce et insidiis circumuentos. Ac fuere qui dicerēt manu uindicandum neque apud illū tantum scelus inultū relinquēdum. At Sylla quamq̄ eadem existiabat: tamē ab iniuria mau- rum prohibet: suos hortatur: uti fortem aīum gererēt: saepe dicebat an- tea a paucis aduersus multitudinē bene pugnatum quanto sibi i prælio minus pepercissent: tanto tutiores fore: nec quemq̄ decere quē manus armauerat. ab inermibus peditibus auxilium petere in maximo metu nudum et cæcum corpus ab hoste uertere. Deinde Volucē quoniam hostilia faceret: iouē maximū obtestatus: ut sceleris atque perfidia: Bo- chi: testis adesset castris abire iubet: Ille lachrymans orare ne ea crede-

ret: nihil dolo factum ac magis caliditate iugurthæ: cui uidelicet spe- culanti: iter suum cognitum esset. Cæterum quoniam ingētem multi- tudinem non haberet: et spes opesque omnes ex patre suo penderent ut crederet illum non ausurum palam: cum ipse filius hic testis ades- set. Quare optimum factum uideri per media eius castra palam tran- sired se uel præmissis uel ibidem relictis mauris: se solum cum Sylla iturum ea res uti in tali negotio probata est ac statim profecti quia de improviso acciderant: dubio atque hesitantē iugurtha incolumes tra- seunt. Deinde paucis diebus quo ire intenderant peruentum est ibi tū Bocho numida quidam nomine Aspar multum et familiariter age- bat: præmissus a iugurtha postque Syllam accitum audierat oratum et speculatum Bochi consilia ierat: præterea Dabar Massugrade filius ex gente Maliniffæ cæterum materno genere impar: nam mater eius ex cōcubina orta erat: ob igētia multa facta mauro carus acceptusque quem Bochus fidū romanis multis antea tempestatibus expertus: illi co ad Syllam nunciatū mittit paratum sese facei quæ populus ro. uel let: colloquio diem locum tempus ipse deligeret: consulta sese diem omnia cum illo integra habere: neu iugurthæ legatum pertimesceret: quo res comūis licentius gereretur: nam ab insidiis eius aliter cauere ne- quiuissē: sed ego comperior bochum magis pūica fide quā ob ea quæ prædicebat: simul romanos et numidā spe pacis detinuisse: multūque cum suo aīo uoluere solitum: iugurthā romanis an illi Syllam trade- ret libidinem aduersum nos: metū pro nobis suauisse. igitur pauca Syl- la respondit coram aspere locuturum cætera occulte aut nullo præsen- te aut quam paucissimis præsentibus: simul edocet quæ responderen- tur postquam sicuti uoluerant congressi dicit se missum a consule ue- nisse quæsitum ab eo: pacem an bellum agitaturus foret. Tunc rex uti præceptum fuerat: post diem decimum redire iubet ac nihil iam nunc decreuisse sed illo die responsurum: deinde ambo ad sua castra digres- si: sed ubi plarunque noctis processit: Sylla a bocho occulte accersitur ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur. Præterea Da- bar inter nuntius sanctus uir iurat ex sententia ambobus ac statim sic rex incipit: nunquam ego ratus sum fore. Vti rex maximus in hac ter- ra et omnium oppulentissimis quos noui priuato hoī gratiā deberem et Hercule Sylla ante te cognitum multis orātibus aliis ultro egomet



opem tuli: nullius indigui. Id imminutum quod ceteri solent dolere ego lator fuerit mihi eguisse aliquando precium tuam amicitiam quam apud animum meum nihil carius habeo. id adeo experiri licet arma viros pecuniam postremo quicquid animo libet sume utere et quo adiuues nunquam tibi reditam gratiam putaueris: semper apud me integra erit. Denique nihil frustra uoles: me sciente: nam ut ego existimo regem armis quam munificentia uinci minus flagitiosum. Ceterum de re uestra cuius huc curator missus es paucis accipe. Bellum ego populo romano. neque feci neque factum nunquam uolui. Fies meos aduersum armatos armis tutatus sum. Id omitto quando uobis ita placet. Gerite uti uultis cum iugurtha bellum ego flumen Mulucha quod inter me et micipsam fuit: non egrediar: neque intra iugurtham sinam. Præterea si quid meque uobisque dignum petiueris: haud repulsus abibis. Ad ea Sylla pro se breuiter et modice de pace: de cõibus rebus multis disseruit. Deinde regi patefecit: quod polliceatur senatum et populum romano. quoniam amplius armis ualuisent non in gratia habituros faciendum aliquid quod illorum magis quam suam retulisse: uideretur id adeo in promptu esse quoniam iugurtha copiam haberet: quem si romanis tradidisset fore ut illi plurimum deberetur amicitiam foedus numidiam partem quam nunc peteret tunc ultro aduenturam: Rex primo negat affinitatem cognationem: præterea foedus iteruenisse. Ad hoc metuere ne fluxa fide uis popularium animos auerteret quis iugurtha carus romani inuisi erant. Denique sapius fatigatus leniter ex uoluntate Syllae omnia se facturum promittit. Ceterum ad simulandum pacem cuius numida defessus bello auidissimus erat quae utilia uisa constituunt. Ita composito dolo digrediuntur. Et rex postero die Asperem iugurthae legatum appellat. Dicitque sibi per Dabarem ex sylla cognitum posse conditionibus bellum poni. Quamobrem regis sui sententiam exquireret ille in castra iugurthae uenit. Deinde cuncta doctus properato itinere: post diem octauum redit ad bochum et ei nunciat iugurtham cupere omnia quae imperarentur facere: sed mario parum confidere. Saepè antea cum imperatoribus romanis pacem conuentam frustra fuisse. Ceterum Bochus si ambobus consultum et ratam pacem uellet daret operam ut una ambobus quasi de pace in colloquium ueniretur ibique Syllam traderet sibi. Cum talem uirum in potestate habuisset tum fore uti iussu senatus populi romano. foedus fieret neque hominem nobilem non sua captum ignauia: sed ob rem populi romani in hostium

potestate relictum iri. Haec maurus secum ipse diu uolens tandem promisit: Ceterum dolo an uero cunctatus parum cooperimus: sed plerumque regiae uoluntatis ut uehementes sic mobiles saepe ipse sibi aduersa: Postea tempore et loco constituto in colloquium uti de pace ueniretur Bochus Syllam modo: modo iugurthae legatum appellare benigne hære. idem ambobus polliceri illi laeti pariter ac spei bonae esse pleni: sed nocte eaque proxima fuit ante diem colloquium decretum Maurus adhibitis amicis ac statim immutata uoluntate remotis a se ceteris dicitur secum ipse multa agitauisse uultu colore ac motu corporis pariter atque animo uariis: quae ista tacente ipso occulta et oris immutatione patefecisse: tamen postremo Syllam accersiti iubet: et ex eius sententia numida insidias tendit. deinde ubi dies aduenit et ei nuntiatum est iugurtham haud procul esse cum paucis amicis et quaestore nostro quasi obuius honoris causa procedit in tumultum facillimum uisu insidiantibus: eodem numida cum plerisque necessariis suis inermis uti dictum erat accedit: ac statim signo dato undique simul ex insidiis inuaditur: Ceteri obruncati iugurtha uinctus Syllae traditur et ab eo ad marium deductus est per idem tempus aduersum gallos ab ducibus nostris. Quo scipione et Mallio pugnatum male est. Quo metu italia omnis contremuerat. Illique et omnes usque ad nostram memoriam romani sic habere alia omnia uirtuti suae prona esse cum gallis pro salute non pro gloria certare. Sed postquam bellum in numidia confectum: iugurtham Romam uinctum adduci nuntiatum est: Marius consul absens factus est: et ei decreta prouincia gallia. Hisque calendis Ianuariis cum magna gloria consul triumphauit: Ea tempestate spes atque opes ciuitatis in illo sitae.

FINIS.

Crispi Salustii opus feliciter impressum Venetiis. M. cccc. lxxxi.

h iiii



Crispi Salustii oratoris clarissimi uita.

Crispus Salustius uir patricius ab ineunte aetate bonis artibus instructus ad rempublicam gerendam animam applicuit: in qua non pauca aduersa passus prudentia sua superauit: et respublicam iam Carthagine atque Numantia euersa. Asiaque domita ut nec nobilitati nec uirtuti sua redederentur praemia atque impudente atque audacissimo cuique plebs obsequeretur. Hinc domitius. L. Sylla et proscriptionis tabula Romanis ciuibus prius ignota: plorata est: hinc flagitiosa Catilinae coniuratio: Hinc bellum civile inter Caesarem et Pompeium exortum libertatem ciuitati ademit. His igitur hominum moribus conflictatum Crispi ingenium suapte natura integrum iuuenili ac flagranti aetate procliue ad adulteria libido rapuit atque corripuit. neque id ipse diu admisit: nam ut Varro tradit ab Annio Milone domi deprehensus et grati pecunia multatus est bis ad subelia accusatus: atque absolutus a iudicibus non sine pecunia ut fertur discessit domum autem tanto patris dolore iam aetate confecti uendidit ut uitam decedere cogeretur. Consumptis igitur opibus patris: et quaestura prius functus: deinde. tr. pl. creatus est. Ac postremo praetorem ulterioris Africae designatum eum proconsulem cum exercitu regno Iube rege necato Caesar praefecit: atque in prouinciam rediit. Quae sane Crispus mutatis moribus iam grauescente aetate per libidinem atque flagitia prodegisset: non modo recuperauit: sed praeciosissimos in urbe hortos Tiburtinamque uillam ab ipso Iulio emit. Cuius nutu bello civili iam peracto omnia regebantur. nec leges maiorum amplius in reipublica administranda seruabantur: si externo atque barbaro cuique si Caesari iubebat in senatum aditus patebat ad sententiam non consularis sed Gallus aut ignobilis ac sordidus quisque dicebat. Quibus rebus indignatus Salustius rempublicam deseruit: atque ad intermissa studia rediens quaeque a populo Romano praecclare gesta fuissent scribere decreuit: ne id ipsum officium quod elegerat ignauia atque desidia terreret: aut illiberalibus officiis interitus minus utilis reipublicae foret quam antehac extitisset. Aggressus igitur bellum contra Catilinae coniurationem atque Iugurtham Numidarum potentissimum: ac prudentissimum gestum tanta cura atque diligentia perscripsit: ut non Annales Romanos modo: sed Punicos et Aethiopicos ac Peritos illius linguae Romanorum gestas diligenter euolueret: atque in Africam traiecit: neque le-

gerat tantum: sed uisu certiora etiam facta posteris narraret. In hoc autem genere scribendi tantum laudis assecutus: ut Quintilianus grauis atque seuerus iudex Thucydidi Graeco historiarum scriptori adaequet: quem Cicero tantopere laudat: atque sententiam crebrum autumat: ut pene uerborum copiam: sententiarum frequentia consequatur. Amicos habuit Cornelium nepotem eodem scribendae historiae studio delectatum: ac P. Nigidium Figulum omnium doctrinarum genere non inferiorem uarroni. Cicero uero ex familiari inimicus factus nescio qua de causa Terentiam uxorem ab eodem Cicerone repudiata in uxorem duxit: ut ab ea quamdiu summa beniuolentia cum Cicerone uixerit: atque suorum consiliorum non ignara aliquid turpe eliceret: quo acrius atque turpius in eum inueheretur: cuius in Ciceronem exat inuectiua: quam frequenter in senatu habuisse fertur. natus Amiterni in Sabinis bello Iugurthino Romae educatus Crispus habitauit iuxta Mineruam: ubi nunc templum sanctae Mariae ueneratur. Atque in hunc usque diem Salustiana domus uocatur. Vixit usque ad sexagesimum secundum annum septimum: post Caesaris obitum. Cuius Terentia uxor postea Messala Coruino praestantissimo sua aetate oratori nupsit.

Crispi Salustii in M. T. Ciceronem inuectiua.

Rauiter et iniquo animo maledicta tua pateret. M. Tulli. si te scire iudicio magis quam morbo animi petulantia ista uti: sed cum in te neque modum: neque modestiam ullam aduerto: respondo tibi: ut si quem maledicendo uoluptatem cepisti: eam male audiendo amittas: ubi querar quos implorem. P. C. diripi rempublicam. atque audacissimo cuique esse perfidiae locum: an apud populum Romano. qui ita corruptus est largitionibus ut sese ac fortunas suas uenales habeat. An apud uos P. C. quorum auctoritas turpissimo cuique ludibrio est. Vbi. M. T. leges iudicia populi Romano. defendit: atque in ordine ita moderatur quasi unus reliquum ex familia: uiri clarissimi Scipionis Africanus. ac non repetitus accitus ac paulo ante insitus huic urbi ciuis: an uero. M. T. facta tua ac dicta obscura sunt. an non ita a pueritia uiuisti: ut nihil flagitiosum corpori tuo putares quod alteri collibuisse: an scilicet: istam immoderatam tuam eloquentiam apud. M. Piso nem non pudicitiae iactura praedidicisse. Itaque minime mirandum est: quod eam flagitiose uendicas quam turpissime parasti. Verum ut opinor splendor domesticus tibi animos atollit uxor sacrilega: ac peritius nobilitata: filia matri pellex: tibi iucundior atque obsequentior



quā parenti par est domum ipsam tuam ui et rapinis funestam tibi ac
tuis comparasti uidelicet: ut nos cōmonefacias quam conuersa respu-
sit cum in ea domo habitares homo flagiciosissime: quæ. P. Crassi uiri
clarissimi fuit: atque cum hæc ita sint. Cicero se dicit in consilio deorū
immortalium fuisse: idē missum huic urbi ciuibusque custodē: absque
carnificis nomine: qui ciuitatis incommodum in gloriam suam ponit
quasi uero non illius coniurationis causa fuerit consulatus tuus et ic-
circo res publica disiecta eo tempore quo te custodem habebat: sed ut
opinor illa te magis extollunt quæ post consulatum cum uxore de re
publica consuluisti cum legis plancie iudicia domi faciebatis: ex cōiu-
ratis alios pecunie condemnabas. Cum tibi alius Tusculanam: Alius
Pompeianam uillam ædificabar. Alius domum emebat: qui uero ni-
hil poterat hic erat calumnie proximus. Hic aut domum tuam oppu-
gnatum uenerat: aut insidias senatui fecerat: denique de eo tibi cōper-
tum erat. Quæ si tibi falsa obiicio redde rationem quantum patrimo-
nii acceperis: quid tibi litibus accreuerit: quam ex pecunia domum pa-
raueris Tusculanum et Pompeianum infinito sumptu ex ædificaueris
Aut si retices cui dubium potest esse quin opulentiam istam ex sangui-
ne et miseris ciuium parasti. Verum ut opinor homo nouus arpinas:
ex. M. Crassi familia illius uirtutem imitatur. Contemnit similitudinem
hominum nobilium. P. R. curam habet: neque terrore neque grā mo-
uetur. Illud uero amicitia tantum ac uirtus est animi: immo uero ho-
mo leuissimus supplex inimicis: amicis contumeliosus: modo harum
modo illarum partium: fidus nemini: leuissimus senator: mercenari-
us patronus cuius nulla pars corporis a turpitudine uacat: lingua ua-
na. manus rapacissima: gula immensa. pedes fugaces: quæ honeste no-
minari non possunt inhonestissima. Atque is cum eiusmodi sit tamen
audet O fortunatam natam me consule romam te fortunatam consu-
le Cicero: immo uero infelicem: et miseram: quæ crudelissimam pro-
scriptionem ciuium perpeffa est: cum tu perturbata re publica: metu
perculosos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas: cum omnia iu-
dicia: omnes leges in tua libidine erant: Cum tu sublata lege portia ere-
pta libertate omnium nostrum uitæ necis quæ potestatem ad te unum
reuocaueras: atque parū quidē uel parum ē quod impune fecisti: uerū
ēt cōmemorando exprobras: neque licet obliuisci ius seruitutis suæ ege-
ris oro te Cicero feceris quid libet: satis ē perpeffos cē etiā ne aures nras

odio tuo onerabis: etiā ne molestissimis uerbis insectabere? Cedar t at-
ma togæ: concedant laurea liguæ. Quali uero togatus et nō armatus
ea quæ gloriaris confeceris atque inter te Syllamque dictatorē: præter
nomen imperii quicquā interfuerit: sed quid ego plura de tua insolentia
commemorarem: quæ minerua omnes artes edocuit: Iuppiter opti-
mus maximus in cōcilium deorum admisit italia exulem humeris suis
reportauit. Oro te Romule arpinas: qui egregia tua uirtute omnes po-
pulos. Fabios. Scipiones superasti: quem tandem locum in hac ciuitate
obtines: quæ tibi partes. R. P. placent: quem amicū: quem inimicum
habes: cui in ciuitate fecisti insidias: quo iure de exilio tuo durachio re-
disti: cum sequebaris quos tyrānos appellabas. eorum potentia faues:
qui tibi ante optimates uidebantur: eosdem dementes ac furiosos uo-
cas. Vatiniū causam magis de Sextio male existimas. Bibulum petulā-
tissimis uerbis lædis: Laudas Cæsarem quem maxime odisti: et ei ma-
xime obsequeris aliud stans: aliud sedens sentis de repu. his maledicis
illos odisti leuissime trāsfuga: neque i hac: neque i illa parte fidē hēs.

M. T. Ciceronis in Crispū Salustium responsio seu inuectiua:

A demū magna uoluptas est Crispe Salusti æqualē ac parē
uerbis uitā agere: neque quicquā tā obscenū dicere cui nō ab
initio pueritiæ oī genere facinoris ætas tua respōdeat: ut om-
nis oratio moribus cōsonet: neque enī qui ita uiuit ut tu aliter ac tu lo-
gū potest: neque qui tam illoto sermone utitur: uita honestior est. Quo
me uertam. P. C. unde initium sumam: maius enim mihi dicendi onus
imponitur: quo notior est uterque nostrum. Quod si aut de mea uita
atque actibus nostris huic conuiciatori respondero: inuidia gloriā cō-
sequetur. aut si huius facta mores omnem ætatem nudauero: in idem
uicium incidam procacitatis quod huic abiicio. Id uos si forte offendi
mini: iustius huic: quā mihi succensere debetis: qui initium introduxit
ego dabo operam ut et pro me minimo cum fastidio respōdeam: et in
hunc minime mentitus esse uidear: scio me. P. C. in respondendo non
habere magnam expectationē quod nullū uos sciatis nouum crimē i
Salustium audituros: sed oīa uetera recognituros. Quibus et mea et
uestra iā et ipsius aures calēt: uerum eo magis odisse debetis hoīem: q-
ne incipiens quidem peccare minimis rebus posuit rudimentum: sed



ita ingressus est: ut neque ab alio uici possit: neque ipsa se omnino reliquā
ætate præterire: Itaque nihil aliud studet: nisi ut luculentus cū quo uis
uoluntati longe uero fallitur opinione: non enim procacitate linguæ uita
sordes eluuntur: sed est quædam calumnia quæ unusquisque nostrū te
stante animo suo fert de eo quod falsum crimen obiecit. **Q**uod si ui-
ta istius memoriā uicerit aliā. P. C. non exhortatione: sed ex moribus
suis spectare debebitis. Iam dabo operā quæ maxime potero breue ut faciā
neque nostrā uobis inutilis erit. P. C. plerūque enim resp. priuatis cre-
scit inimicitias ubi nō ciuis qualis sit uir potest latere. Primū igitur quōi
am omniū maioris Crispus Salustius ad unum exemplū et regulā quæ-
rit: uelim mihi respondeat: nunquid hi quos protulit Scipiones et me-
telli ante fuerunt: aut opinionis: aut gloriæ quæ eos res suæ gesta: et ui-
ta inocentissime acta cōmēdauit. **Q**uod si hoc fuit illis initiū nois et di-
gnitatis: cur nō æque de nobis existetur cuius et res gesta illustres sūt
et uita itegerrime acta: quasi uero tu sis ab illis uiris salusti ortus: quod
si esses: nōnullos iam tuæ turpitudinis pigeret ego meis maioribus uir-
tute mea præluxi: ut si prius noti non fuerint a me accipiāt initium me-
moriæ suæ. Tu uis uita quæ turpiter egisti: magnas effudisti tenebras:
ut etiā si fuerint egregii ciues certe uenerint in obliuionem. **Q**uare no-
li mihi antiquos uiros obiecitare: fatius enim me meis rebus gestis flo-
rere: quā maiorum opinione niti: et ita uiuere: ut sim posteris meis no-
bilitatis inicitium: et uirtutis exemplū: neque me cum his cōferre decet.
P. C. qui iam decesserunt: omnique odio carent et inuidia: sed cū his qui
mecum una in rep. uersati sunt: sed si fuerim aut in honoribus peten-
dis nimis ambitiosus nō hanc dico popularem ambitionem cuius me
principem confiteor: sed illam perniciosam contra legas cuius primos
ordines Salustius duxit: aut in gerundis magistratibus: aut in iudicā-
dis maleficiis tam seuerus: aut in rep. tam uigilans: quam tu perscrip-
tionem uocas: credo quod non omnes tui similes incolumes in hac ur-
be uixissent. At quanto meliore loco res publica staret: si tu par ac si-
mul scelestorum ciuium una cum illis annumeratus esses: an ego tunc
falso scripsi. Cedant arma togæ: qui togatus armatos et pace bellū op-
pressi: an illud mentitus sum: fortunatam me consule Romam. **Q**ui
tantum intestinum bellum ac domesticum urbis incendium extinxi.
neque tui piget te homo leuissime cum ea culpas: quæ in historiis mihi
gloriæ ducis. **A**n turpius est scribentem mentiri quam illum palam hoc

ordine dicentem: nam quod in ætatem increpuiisti tantum me abesse
puto ab impudicitia: quantum tu a pudicitia. Sed quod ego de te plura que-
rar. **Q**uid enim mentiri turpe dices: qui ausus mihi sis eloquentiam ut
uicium obiecere: cuius semper nocens eguisti patrociniis: an ullum ex-
istimas posse fieri ciuem egregiū: quod non his artibus et disciplinis sit eru-
ditus: an ulla alia putas rudimenta et incunabula uirtutis: quibus ani-
mi ad gloriæ cupiditatē aluntur: sed minime mirū est. P. C. si homo quod
desidiæ ac luxuriæ plenus sit hæc ut noua ac iusitata miratur: nā quod ista
iusitata rabie petulāter in uxore et in filiā meā iuasisti quæ facilius mu-
lieres se a uiris abstinerunt quod tu uir a uiris satis docte ac perite fecisti: nō
enim me sperasti mutuā tibi gratiā relaturum ut uicissim tuos compella-
rem: unus enim satis es materiæ habens: neque quicquid turpius est domi-
tuæ quod tu. Multū te uero opinio fallit: qui mihi putasti parā inuidiam
ex mea te familiari: quæ multo mihi minor est quod habere dignus sum.
Atque utinā ne tanta quidem esset quāta est ut potius amici mei uiue-
rent quā ego testamentis eorum locupletior essem: ego fugax Crispe Sa-
lusti: furore tribuni plebis cessi: utilius duxi quāuis fortunā unus expe-
riri quā uniuerso Po. Ro. ciuili essem dissensionis causa: qui postea quod
ille suum animum in rep. debacatus esset omniaque quæcunque com-
mouerat pace et ocio refederunt: hoc ordine reuocāte atque ipsa repu-
manu retrahente me reuerti qui mihi dies si cū omni reliqua uita cōfe-
ratur: aio quidem meo superet: cū uniuersi uos populusque Ro. frequēs
aduentu meo gratulatus tāti me fugacē mercenariū patronū hi existi-
mauerunt: neque hercle mirū est si ego semp iustas omniū amicitias exi-
stimauis: non enim priuatim uni ancillatus sum: neque me addixi: sed quod
quisque reip. studuit tantū mihi fuit: aut amicus: aut aduersarius: ego
nihil plus uolui ualere quod pacē: multi priuatorū audacias metuerunt: ego
nihil timui nisi leges: multi arma sua timere uoluerunt: ego nunquid uo-
lui quicquid posse mihi præ uobis: multi ex uobis potētia fræti uobis suis
uiribus abusi sunt. Itaque nō est mirū si nullius amicitia usus sum: quod nō
pæpetuo reip. amicus fuit: neque me poenitet: si aut potētī Vatiniō reo
patrociniū pollicitus sū: aut Sexti insolentiā repressi aut bibuli patiētiā
culpauis: aut uirtutibus casaris faui: quæ si tu mihi ut uita obiecis teme-
ritas tua reprehēdetur: nō mea uita culpabūtur. Plura dicere si apud
alios mihi cēt differendū. P. C. nō apud uos quos habui oīum actionū
mearū monitores: sed ubi rerū testimonia adsūt: quod opus est uerbis: nūc



ad te ut reuertar Salusti: patrēque tuū prātereā: qui si nunq̄ i uita sua peccauit: tamē maiorē iniuriā reip. facere nō potuit q̄ quod te talē filiū genuit: neque tu si qua i pueritia peccasti exequar: ne parentē tuū uideat accusare: qd̄ eo tēpore sūmam tui potestātē habuit: sed qualē adolescentiā egeris: hac enī demonstrata facile itelligetur: q̄ petulanti pueritia quā impudicus et procax adoleueris: postea quā imensā gulā impudicissimi corporis quāstus sufficere nō potuit: et aetas tua ad ea patiēda quā alteri facē collibuisse: exoluerat: cupiditatibus ifinitis efferebaris ut quā ipse corpori tuo turpia non duxisses in aliis experieris: ita non est facile reputare. P. C. utrū in hōestioribus corporis p̄tibus rem queris: an amiserit domū paternā uiuo patre turpissime: uenalem habuit: uendidit: ne cuiq̄ dubiū esse potest quin mori coegerit cum: quo nō dum mortuo pro hārede gesserit oīa: nec pudet a me querere. quis in P. Crassi domo habitat: cū ipse respondere nequeat: quis i ipsius habitat paterna domo. At hercule lapsus aetatis tyrocinio postea se correxit nō ita est sed abiit in soli datiū sacrilegi. nigidiā bis iudicis ad subsellia at tractus extrema fortuna stetit: et ita discessit: ut non hic innocens esse: sed iudices peierasse extimaretur. Primū honorē in quaestura adeptus secutus ē hūc locū et hūc ordinē despectum cuius aditus sibi quoque sordidissimo hōiūm patuisset. Itaque timens ne facinora eius clādestina: clara uobis eēt cū oībus matrū familiarum uitis opprobriū eēt cōfessus est nobis audiētibus adulteriū: neque erubuit ora uestra uixeris ut libet Salusti egeris quā uolueris: satis est unū te tuorū scelērū eē cōscium: noli nobis langorē et soporē nimium exprobrare: sumus diligētes in tuenda pudicitia uxorū nostrarum: sed ita experti nō sumus: ut a te cauere possimus: audacia tua uincit studia nra. Et qd̄ hunc mouere possit factū aut dictū turpe: quē nō puduerit palā uobis audiētibus adulterium confiteri: quod si nihil pro me tibi respōdere uoluisset: si illud censoriū eloquiū Appi: Claudii: et L. Pisonis palā uniuersis recitarem: nonne tibi uideret aeternas inicere maculas: quas reliqua uita tua eleuare non posset: neque post delectū senatus te unq̄ uidius: nisi forte in ea te castra coniecisti: quo oīs sententia reip. cōfluxerat. Atque idē Salustius q̄ in pace nec senator quidē manserat: posteaquā resp. armis oppressa est: et idē uictor qui exules reduxit in senatū post questuram r̄ductus est: quē honorē ita gessit: ut nihil uenale nō in eo habuerit: cuius aliq̄s emptor fuerit. Itaque egit ut nihil æquū atque uerū duxerit:

qd̄ ipsi facere collibuisse: neque aliter uexauit: ac debuit si q̄s prāda loco accepisset mīatum. Peracta quaestura postea q̄ magna pignora eis dederat cū quibus similitudine uitae se cōiunxerat: unus iā ex illo grege uidebatur. Eius. n. partis exēplar erat Salustius: quod tātū i unā uoraginē coetus oīum uiciorū excefferat: q̄ qd̄ ipudicorū cillonū patricidarū: sacilegorū: debitorū fuit in urbe: municipiis colōis. Italia tota sicut i fratris subsederāt. nōis prādicti ac notatissimi nulla i parte castis: nisi licentia uiriorū ac cupiditate rerum nouatū. At postea quam prator ē factus modeste se gessit et abstinēter: nōne ita prouinciā uastauit: ut nihil neque passi sint: neque expectauerint: grauius socii nri i bello quā experti sūt in pace hoc Africa interiore obtinēte. Vnde tantum hic exauit. p. c. quantū uoluit ne cām diceret. sestertio duodecies cū cēfore paciscitur: qd̄ si quippiā eorū falsū ē hic palā refelle: unde qui nō mō ne paternā quidē domū redimere potueris. repēte tāquam sōnio beatus. Hortos prāciosissimos uillā Tiburti. C. Caesaris reliquas possessiōes paraueris: neque piguit querere cur ergo. P. Crassi domū emisset: cū tu ueteris uillā dominus sis: cuius paulo āte fuerit Caesar mō in quā patrimonio nō comeso: sed deuorato quibus rōibus repente factus es: tā affluens et tā beatus. nā quis te faceret hāredē quē ne amicū quidē satis honestū quisquā sibi ducit nisi similis ac par tui. At hercule aegregia facta maiorū tuorū te extollūt: quorū siue tu similis es: siue illi tui: nihil ad tuū scelus ac neq̄tiā addi pōt: uerū ut opinor honores tui te faciūt isolētē. Tu. Cris. Salusti totidē te putas eē bis senatorē: et bis quaestorē fieri: quod bis cōsulare: et bis triūphalē carere debet oī uicio: qui in alterū dicere paratus est. Demū male dicit qui nō pōt uerū ab alio audire. Sed tu oīum mensarū assecla: oīum cubiculorū in aetate pellex: et idē postea adulter omnis ordinis turpitudine et simul belli memoria. Quid enim hoc grauius pati potuimus quā. quod te icolumē in hoc ordine uideamus: desine bonos petulantissima consectari lingua: desine morbo procacitatis isto: desine unūquēque moribus tuis astimare his moribus amicū tibi efficere nō potes: uideris uelle inimicum habere. Finem dicendi faciam. p. c. Sape enim uidi grauius offendere aios auditorum eos: qui aliena flagitia aperte dixerat: quā eos q̄ cōmiscere: mihi quidem ratio habenda est: non quā Salustius merito debeat audire: sed ut ea dicam si qua ego honeste effari possum.

Finis.



Registrum.

a
Prima alba
omnis
agitabatur
facile

b
Maxime
xima foret
maximum

c
Neque
uirosque
rare cum

d
Putans
bus pro
appellant

e
Sceleratissimis
egressusque
ne quas

f
Metelli
nox adderat
mirabilia

g
Pro opibus
omnia
omnes honores

h
Præterea
Posito
ret nihil
potestate

Ventius per Baptistam de tortis.
M.cccclxxxi. die. xxiii. decembris.



11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



VNIVERSIDAD
D SALAMANCA

Holm^o de situ
orbis et regibus
vala in libros cccc.
de fato etc. et salu^o.

Handwritten text on a small paper label on the right edge of the book cover.

Handwritten text on a small paper label on the right edge of the book cover.

Handwritten text on a small paper label on the right edge of the book cover.

Handwritten text on a small paper label on the right edge of the book cover.



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Solin.
de li
tuor
bis.
et in
lib. ci.
p. 100.



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA